UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00691715 7

THE BRITISH ACADEMY

RECORDS

OF THE

SOCIAL AND ECONOMIC HISTORY OF ENGLAND AND WALES

VOLUME III

THE BLACK BOOK OF ST. AUGUSTINE CANTERBURY

PART II

B8624r

THE REGISTER OF ST. AUGUSTINE'S ABBEY CANTERBURY

COMMONLY CALLED

THE BLACK BOOK

EDITED BY

G. J. TURNER, M.A.
OF LINCOLN'S INN, BARRISTER-AT-LAW

AND

REV. H. E. SALTER, M.A.
MAGDALEN COLLEGE, OXFORD

PART II

195772
4:5:25

LONDON
PUBLISHED FOR THE BRITISH ACADEMY
BY HUMPHREY MILFORD, OXFORD UNIVERSITY PRESS
AMEN HOUSE, E.C. 4
1924

HD
599
K5S3
pt. 2

PRINTED IN ENGLAND
AT THE OXFORD UNIVERSITY PRESS
BY FREDERICK HALL

RECORDS OF THE SOCIAL AND ECONOMIC HISTORY OF ENGLAND AND WALES

ENGLAND possesses the most remarkable set of records of economic and social history in the world. Beginning with the Domesday Survey, that unique description of eleventh-century society, we get a continuous series of cartularies, extents, ministers' accounts, terriers, revenue-rolls, agricultural, industrial, and commercial documents of all kinds, ranging to the present time. Unfortunately only a comparatively small portion of them has been published or even described. The importance of such publications as those of the Abingdon, Gloucester, Ramsey Cartularies in the Rolls Series, the Domesday of St. Paul's, the Black Book of Peterborough, the Cartulary of Battle Abbey in the Camden Series, brings forcibly home the necessity of rendering accessible to the public a vast store of similar documents. There is at present no Society able to proceed with such work in a systematic manner worthy of its national and scientific importance. The publications of the Rolls Series have been discontinued; the Royal Historical Society, which has taken over the Camden Series, has to divide its energies among many subjects; local societies bring from time to time welcome contributions, but these are scattered and difficult of access, and appear more or less accidentally without any systematic co-ordination. There is surely a field here for a great

national undertaking, which at the same time would be highly appreciated by scholars abroad, and the British Academy has decided to make an attempt to call forth and organize efforts in this direction. With this view a Committee has been formed consisting of Professor Sir Paul Vinogradoff as Director of publications, Professor Sir C. H. Firth, Professor Sir Israel Gollancz (Secretary of the Academy), Sir Frederic Kenyon, Dr. R. L. Poole, Professor T. F. Tout, and Sir George Warner. The Series was started in 1908 with support by a Government grant. During the war this grant was withdrawn and the Academy was obliged to suspend publications for a time. The vote this year by Parliament of a grant in aid to the Academy makes it possible for the Editorial Committee to resume operations, and the first result is the publication of the second volume of the Black Book of St. Augustine, Canterbury, which has been unfortunately delayed for a considerable time. Other volumes of the Series are in preparation, and it is hoped that there will be no further interruption in the work.

RECORDS OF THE SOCIAL AND ECONOMIC HISTORY OF ENGLAND AND WALES

Vol. I. Survey of the Honour of Denbigh, A.D. 1334, published from a MS. given by the late Dr. Seebohm to the Maitland Library in Oxford, edited by Professor P. Vinogradoff and Mr. Frank Morgan, M.A., of Keble College, Oxford. 8vo, 16*s.* net.

II. The Black Book of St. Augustine, Canterbury, from a thirteenth-century MS., Cotton Faustina A. I, at the British Museum. Part I, edited by G. J. Turner, M.A., Barrister, of Lincoln's Inn, and the Rev. H. E. Salter, M.A. 8vo, 16*s.* net.

III. The Black Book of St. Augustine, Canterbury. Part II, edited by G. J. Turner, M.A., Barrister, of Lincoln's Inn, and the Rev. H. E. Salter, M.A. 8vo, 16*s.* net.

IV. (*a*) A Terrier of Fleet, Lincolnshire, from a MS. in the British Museum, edited by Miss N. Neilson, Ph.D., Lecturer at Mount Holyoke College, Mass., U.S.A. (*b*) An Eleventh-Century Inquisition of St. Augustine's, Canterbury, edited by the late A. Ballard, M.A., LL.B. 8vo, 21*s.* net.

V. Documents illustrative of the Social and Economic History of the Danelaw, from various collections, edited by F. M. Stenton, M.A., Professor of Modern History, University College, Reading. 8vo, 31*s.* 6*d.* net.

THE FOLLOWING VOLUMES ARE IN COURSE OF PREPARATION

VI. The Accounts of a Kentish Estate in the Seventeenth Century, edited by Miss E. Lodge, Principal of Westfield College, London.

VII. Records of the English Templars, edited by Miss B. Lees, late Tutor of Somerville College, Oxford.

CONTENTS

	PAGE
THE BLACK BOOK OF ST. AUGUSTINE . .	379–618
INDEX	619–678

THE REGISTER OF ST. AUGUSTINE'S ABBEY, CANTERBURY

Carta Reginaldi de Corhelle de Kingesdune.

(Folio 238, r°.) (May, 1199–25 June, 1215.)

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Reginaldus filius Geruasii de Corhelle vicecomes Cancie eternam salutem in Domino. Vniuersitati vestre notificetur quod ego Reginaldus de Cornell' vicecomes Cancie pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum concessi et dedi Deo et beato Augustino et abbati et conuentui eiusdem loci vnam acram terre mee in Kingesdune in perpetuam et liberam elemosinam. Et preterea tantum terre mee ibidem in qua predicti abbas et monachi capellam ad proprietatem suam possint honorifice construere ad diuina, vt decet, celebranda per idoneum capellanum quem predicti abbas et conuentus ibi assignabunt et exibebunt, ministraturum eciam michi et meis in predicta capella iura ecclesiastica, sicut parochianis conuenit. Confirmaui eciam predictis abbati et conuentui omnes decimas tocius terre mee quam dominus Iohannes rex Anglie michi contulit in Kingesdune tum pro salute anime mee cum racione parrochie ecclesie de Mideltune, ad quam predicte decime iure parochiali pertinere dinoscuntur, ita quidem quod nec ego neque heredes aliquod ius patronatus nunquam in predicta capella poterimus vendicare. Et vt hec concessio et confirmacio mea rata et inconcussa inperpetuum permaneat eam presenti scripto et sigilli mei aposicione roboraui. Hiis testibus, etc.

Item, carta Raginaldi de Cornhell' de quieta clamacione de Plumstede.

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Reginaldus de Cornhell' filius Geruasii de Cornhell' remitto et omnino quietum clamo inperpetuum abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie ex parte mea et ex parte heredum meorum totum ius et clamium quod videbar habere in parte dominici eorum in Plumstede occasione siue racione Dauid de Cornhelle et Roberti fratris eius, qui manerium eorum de Plumstede quando ad firmam de ipsis tenuerunt. Hiis testibus, etc.

Carta conuentus de la Bruere dimissa R. de Corhell' pro v*s*. per annum.

(Before 20 Oct. 1212.)

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus concessimus et tradidimus et presenti carta nostra confirmauimus Raginaldo filio Geruasii de Cornhell' vicecomiti Cancie et heredibus suis totam terram quam habuimus in dominico de tenemento de Litleburne in parte meridiana a publica strata que ducit a Cantuaria ad Sadwycum vsque ad terram Admeri Pukel et Ricardi fratris sui quam habebit de hereditate vxorum suarum et a terra quam Hamo filius Rogeri Coci habuit de Cleribaldo quondam electo sancti Augustini vsque ad viam prope viuarium nostrum que ducit ad Woltune; tenendam et habendam de nobis ad Gauilikend', reddendo inde nobis annuatim quinque solidos sterlingorum in duobus terminis anni, in festo, scilicet, sancti Petri ad Auincula xxx^ta^ denarios et in Purificacione beate Marie xxx*d*. pro omni seruicio quod ad nos spectat terra illa pro xxxvj. acris;[1] et sciendum quod racione terre predicte nec predictus Raginaldus neque heredes sui vllum ius siue consuetudinem habebunt in predicto viuario nostro vel eius pertinenciis. Vt autem hec nostra concessio et confirmacio firma et inconcussa predicto Raginaldo et heredibus suis inperpetuum permaneat presenti eam scripto et sigilli nostri apposicione roborauimus. Hiis testibus, etc.

(Folio 238, v°.)

De cappella de Lukedale.

(Before 20 Oct. 1212.)

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus eiusdem loci concessimus Reginaldo de Cornhell' et heredibus suis habere cantariam suam in capella sua que constructa est intra septa curie sue de Lukindale, faciendam per capellanum suum commensalem in propriis expensis, saluo in omnibus iure matricis ecclesie de Litleburne, ita quod prefatus Reginaldus et heredes sui nullis futuris temporibus onerabunt personam vel sacerdotem predicte ecclesie de Litleburne occasione cantarie in iam dicta capella faciende. Reddet igitur tam predictus Reginaldus quam heredes sui integre et plenarie decimaciones omnium terrarum quas habent in eadem parochia, tam magnas quam minutas, matrici ecclesie de Litleburne. Preterea dabunt decimas duarum parcium molendini de Bremlinge et tercie partis, si eam recuperare potuerint, et decimas feni tantilli prati quod ibidem[2] habent et duos solidos annuos super

[1] The scribe has made some mistake here; perhaps the sentence should run: 'et terra illa iacet pro xxxvj. acris'.

[2] MS. :—ibia.

altare matricis ecclesie de Litleburne, reddendos [per manus] Willelmi de Scoccing'[1] vel heredum suorum in duobus terminis, scilicet, in medio xl^e^ xij*d.*, in festo sancti Michaelis xij*d.* Visitabunt eciam matricem ecclesiam cum oblacionibus suis in quatuor annuis festiuitatibus, Natali, scilicet, in Purificacione, Pasca et festiuitate sancti (22 Jan.) Vincencii, cum in partibus illis fuerint, vt parochiani sepedicte ecclesie de Litleburne. Sacerdos eciam qui pro tempore in sepenominata capella ministrabit fidelitatem faciet persone sepedicte matricis ecclesie quod in nullo defraudabit eam in decimis magnis siue minutis nec in predictis oblacionibus, confessionibus, siue testamentis, sponsalibus, siue purificacionibus, vel tricenalibus, nec in aliquibus ad ius ecclesie de Litleburne pertinentibus. Veniens itaque sepenominatus Reginaldus in capitulum nostrum sacramentum prestitit pro se et pro heredibus suis se et heredes suos in omnibus et per omnia hec supradicta fideliter obseruaturos. Hiis testibus, etc.

Carta Raginaldi de Corhell' de quadam terra apud Lond'.

Sciant presentes et futuri quod ego Reginaldus de Cornhell' filius London' Reginaldi de Cornhell concessi et dimisi et presenti carta mea con- (1215–1216.)[2] firmaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus quandam terram quam habui in parochia ecclesie sancti Olaui de Suthwerc inter cymiterium ipsius ecclesie et terram de feodo pontis London'. Que terra continet in fronte iuxta vicum regis australis in latitudine quinquaginta et quatuor vlnas et dimidium quarterium de vlnis ferreis et in capite aquilonis iuxta Tamisiam quinquaginta et vnam vlnam et vnum quarterium de eisdem vlnis et a dicto vico Regis australis extenditur vsque in Tamisiam et superius versus orientem a terra feodi pontis predicti extenditur vsque in Tamisiam, scilicet, quicquid in dicta [terra][3] habui in longitudine et latitudine in ligno et lapide in domibus et edeficiis | et in rebus cunctis cum (Folio omnibus pertinenciis suis in cunctis locis integre ; habendam et tenen- 239, r°.) dam prenominatis monachis et successoribus suis de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere, quiete, bene et in pace in perpetuum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis pro omni seruicio et exactione et rebus cunctis sex denarios infra quindenam Pasche sine omni occasione, saluo seruicio dominorum feodi illius, scilicet, Rogero Dauier' et heredibus suis quedam calcaria deaurata per annum ad eundem terminum, pro omnibus seruiciis et rebus cunctis. Et sciendum quod ego Reginaldus et heredes mei nullo modo poterimus nec debemus predictos monachos nec successores suos nec eorum allinganciam de predicta terra nec domibus nec pertinenciis

[1] MS. :—reddendos Willelmo de Scoccing'. [2] Peter de Mauley was made Constable of Corfe Castle in 1215. [3] Not in MS.

dehospitari[1] causa me vel heredes meos vel aliquem hominem vel feminam ibidem hospitandi, nec[2] amplius inde exigere nec habere nec capere debemus quam predictos sex denarios per annum termino statuto. Hanc, autem, terram predictam cum domibus et cum omnibus pertinenciis suis integre ego Reginaldus et heredes mei prefatis monachis et successoribus suis contra omnes homines et feminas in perpetuum debemus warantizare. Pro hac igitur concessione, dimissione, warantizacione et presentis carte mee confirmacione dicti monachi dederunt michi Reginaldo sexcies viginti marcas sterlingorum ad redimendum me de prisona regis Iohannis, ad finem aquietandum quem feci cum Petro Mallay constabulario de Coruo. Hiis testibus, etc.

Lond'. (Before 1212.)

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus de Lond' filius Rogeri filii Edwardi concessi et dimisi et hac presenti carta confirmaui Reginaldo de Cornhell totum managium meum in Suwerk cum hominibus et redditibus et omnibus pertinenciis, quod est inter ecclesiam sancti Olaui et domum Petri capellani de Ponte; tenendum et habendum etc. in perpetuum, reddendo inde michi et heredibus meis annuatim pro omni seruicio vnum par calcarium deauratorum ad Pascha. Et ego predictus Rogerus et heredes mei warantizabimus etc. nec aliquid vltra exigere poterimus in predicto managio. Et sciendum quod ego Rogerus nec heredes mei poterimus predictum Reginaldum vel heredes suos de predicto managio dehospitari causa nos vel aliquem alium per nos ibidem hospitandi. Et pro hac concessione et dimissione et carte confirmacione dedit michi predictus Reginaldus vnum anulum aureum in gersumam. Hiis testibus, Galfrido filio Petri iusticiario, Henrico filio Aylwini maiore, Rogero filio Alani et multis aliis.

(Folio 239, v°.)

Carta Beatrix Noreis de terra de la Hathe.

Sciant presentes et futuri quod ego Beatricia filia Ricardi Noreis dedi et concessi et quietum clamaui pro me et heredibus meis et hac presenti carta mea confirmaui Deo et sancto Augustino Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum totam meam partem terre de la Hathe cum omnibus pertinenciis suis que fuit Ricardi Noreis patris mei que me contingebat post obitum Henrici fratris mei. Facta autem hec donacio confirmacio et quieta clamacio in mea legitima potestate post obitum Ricardi primi viri mei et recordata in magna curia sancti Augustini;[3]

[1] MS.:—dehospita. [2] MS.:—ne.

[3] In the margin in a later hand:—alta curia.

et in[1] huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Roberto de Bermundeseia tunc senescallo, magistro Thoma de Thaneto, Willelmo de Elmerestone, Iohanne de Woltun' et multis aliis.

Carta Iohannis Viuiani de terra de la Hathe.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Viuiani mercatoris de Cantuaria dedi et concessi et quietum clamaui pro me et heredibus meis et hac presenti carta mea confirmaui Deo et sancto Augustino Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et predecessorum et meorum successorum in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum totam partem terre mee de la Hathe que fuit Ricardi Noreis aui mei cum omnibus[2] pertinenciis, que me contingebat ex parte Felicie matris mee. Et in huius rei robur et testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Roberto de Tremefeld tunc senescallo, Willelmo Tessun, Michaele de Elstane, Alexandro Hospinel, Nicholao de Berthona, Daniel de Chileham et multis aliis.

Carta Alexandri filii Willelmi[3] de redditu vij*s*.

Sciant presentes et futuri quod ego Alexander filius Wlsi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum adauxi tribus solidis gabulum meum de vna acra terre vnde annuatim solebam reddere quatuor solidos curie de Langeport; que videlicet terra iacet inter terram domini abbatis versus aquilonem et stratam regiam versus austrum et inter terram Salomonis de Hempette versus orientem et terram Ricardi Man versus occidentem; scilicet, ad festum sancti Iohannis Baptiste quando solebam pacare curie de Langeport ij*s*., et de cetero ego et heredes mei pacabimus quadraginta duos denarios; et ad festum sancti Michaelis quando solebam[4] eidem curie pacare duos solidos, ego et heredes mei pacabimus quadraginta duos denarios. Et in huius rei robur et testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Roberto de Bermundes' tunc senescallo, Roberto de Tremefeld, Willelmo Kokin, Nicholao de Berthona, etc. Langeport.

(Folio 240, r°.) De hagis et burgagio. (Before 20 Oct. 1212.)

Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus eiusdem loci vniuersis sancte matris ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit perpetuam in Domino salutem.

[1] This word is not in the MS.
[2] MS. :—homnibus.
[3] The scribe means *Wlsi*, not *Willelmi*.
[4] MS. :—solebant.

Nouerit vniuersitas vestra quod controuersia que erat inter nos et Raginaldum de Cornhelle de redditu quem Haymo filius Rogeri coci solebat reddere abbati et conuentui sancti Augustini de burgagio in Cantuaria iam terminata est et finita. Omnes hagas et omnes terras de burgagio quas supradictus Hamo die qua fuit viuus et mortuus hereditario iure tenuit de sancto Augustino inter muros ciuitatis et extra concessimus et presenti carta nostra confirmauimus ipsi Raginaldo et heredibus suis iure hereditario tenendas de sancto Augustino et de nobis, reddendo inde nobis annuatim xxx^a^ v^que^ solidos in duobus terminis anni, in medio xl^e^ xx*s*. et in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste xv*s*., preter et xiij. solidos et iiij^or^ denarios quos reddit ad cellarium sancti Augustini annuatim de Northeham in iiij^or^ terminis anni, et preter vij. solidos et ix*d*. quos super altare sancti Augustini reddit annuatim in duobus terminis anni, et preter concambium quod fecimus de terra nostra cum monachis Sancte Trinitatis. Et in hac pace propter hanc pacem clamauit ipse Raginaldus nobis quietam terram quamdam iuxta gardinum nostrum in qua grangie Rogeri Coci et granaria aliquando fuerunt, quietam dico et liberam de se et de heredibus suis in perpetuum, quia de domo nostra est ab antiquo. Hiis testibus, magistro Radulfo de Ford', Helya clerico de Ria, Rogero de Nortburne et multis aliis.

De elemosina. (1183.)

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Lucas filius Willelmi filii Paen vendo hospitali sancti Augustini Cantuarie tempore Philippi elemosinarii pro triginta et tribus solidis totam terram meam de Hakinblen que pro xxx^ta^ acris estimatur et reputatur et totum ius quod in illa terra habeo. Vendo inquam in opus et sustentacionem pauperum qui ad elemosinam beati Augustini recipiuntur, ita quidem[1] quod predictus hospitalis terram illam tenebit perpetuo iure de me et de heredibus meis, reddendo inde michi et heredibus meis singulis annis, nomine gabuli, xv*d*. pro omni seruicio infra octabas sancti Michaelis. Et si[2] aliquando euenerit quod ipse qui | pro tempore fuerit elemosinarius determinatos xv*d*. infra octabas sancti Michaelis non reddiderit michi vel nuncio meo quem pro illis[3] miserim, exspectabo ego vel nuncius meus apud prenominatum hospitalem in expensis ipsius donec xv*d*. reddiderit. Similiter fiet et heredibus meis. Hanc vero conuencionem firmiter et inconcusse[4] tenendam, ego Lucas iuraui coram hundredo de Whitstaple consencientibus patre meo Willelmo et sorore mea Katerina; et hec carta sigillo Willelmi patris mei sigillata est. Facta est autem hec conuencio anno ab Incarna-

(Folio 240, v^o^.)

[1] MS. :—quemdam.
[2] MS. omits 'si'.
[3] MS. :—illos.
[4] MS. :—concusse.

cione M° C° lxxx° iij°. Hiis testibus, Galfrido Malebeste, Iacobo filio Leuenoth, Ealdred de Hakinblen et multis aliis.

Medegraue. (1126–1151.)

Sciant omnes Dei fideles tam presentes quam posteri quod ego secundus Hugo Dei gracia abbas sancti Augustini et eiusdem loci conuentus concessimus ac dedimus Willelmo de Tichesi terram de Medegraue cum molendino et apentisiis eius et terram Guthwoldi cum molendino et apenticiis eius vt ea omnia habeat ipse in sua vita ita libere sicut nostra fuerunt et esse debent, et ipse pro omnibus consuetudinibus quas iste due possessiones ecclesie nostre debent sit quietus per lx*s.* quos dabit iiij^or^ terminis, id est ad festum sancti Michaelis xv. solidos, ad Natale Domini xv*s.*, ad Pascha totidem, ad festum sancti Iohannis similiter. Cum autem ad extrema vite sue ipse perductus fuerit vel vitam suam[1] quandoque mutare voluerit, sicut iuris iurandi sanccione in capitulo nostro confirmauit, reddet ecclesie nostre supradictas terras cum molendinis et appenticiis eorum et cum omnibus emendacionibus et restauracionibus quas super easdem facturi erunt,[2] ita liberas et quietas ab omnibus calumpniis parentum suorum vel amicorum, sicut nos ea omnia sibi concessimus, sub sacramento fidei sue, ne in posterum ecclesia nostra causa huius donacionis nostre detrimentum incurrat.

Nota ad terminum vite.

Langeport. (1188.)

(Folio 241, r°.)

Notum sit vniuersis fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus eiusdem loci pro quatuor acris terre quas Radulfus Lamb tenuit | de nobis in Stauerdinge[3] ad Gauelikend' dedimus eis in concambium iiij^or^ acras terre in Hardingeswede; tenendas de nobis per idem seruicium per quod illas tenuit in Stauerd', scilicet, pro xvj*d.* per annum pro omni seruicio in duobus terminis anni, scilicet, in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste viij*d.* et in festo sancti Michaelis viij*d.*; et hoc concambium debemus nos warantizare supradicto Radulfo et heredibus eius in perpetuum ex parte nostra et ipse Radulfus et heredes sui illud idem nobis warantizabunt ex parte sua. Supradictas igitur iiij^or^ acras terre de Stauerd' reddidit nobis sepedictus Radulfus in curia sancti Augustini et ibi eas quietas nobis clamauit, ita quod idem accepit a nobis ipse Radulfus pro concambio in perpetuum tenendo ij*s.* sterlingorum et vxor eius Wluith xij*d.* et due sorores ipsius Wluith Mabilia scilicet, et Brunsieue singule xij*d.* per manum Rogeri senescalli sancti Augustini. Factum est autem hoc cambium anno ab Incarnacione Domini M° C° lxxx° viij°. Hiis

[1] In the margin in a later hand :—vacat quia ad terminum vite.

[2] The scribe means 'fecerint'.

[3] MS. :—Stauerlinge.

testibus, Rogero senescallo sancti Augustini, Hugone Coffin, Roberto de Westgate, Iordano de Soneld' et multis aliis.

Langeport. (1188.)

Sciant vniuersi fideles ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus,[1] Dei gracia, abbas sancti Augustini Cantuarie, et conuentus eiusdem loci pro tribus acris terre et dimidia quas Andreas filius Roberti Coci tenuit de nobis in Stauerdinga ad gauilekindam, dedimus ei in concambium iiij^{or} acras terre in Hardingeswed', tenendas de nobis similiter ad gauilekend' per idem seruicium per quod supradictam terram in Stau' tenuit, et estimatur seruicium illius terre ad x. denarios per annum pro omni seruicio; et hii decem denarii computandi sunt ipsi Andree in antiquo gabulo suo quod annuatim reddit de aliis terris quas tenet de sancto Augustino et de nobis. Hoc igitur concambium debemus warantizare supradicto Andree et heredibus suis in perpetuum ex parte nostra et ipse Andreas et heredes eius illud idem warantizabunt nobis ex parte sua. Sepedictus inquam Andreas sepedictas iij^{es} acras et dimidiam quas de nobis in Stauerd' tenuit reddidit nobis et resignauit in curia sancti Augustini[2] et ibi eas quietas nobis clamauit, ita quod ipse Andreas ibidem xix. solidos sterlingorum a nobis recepit per manus Rogeri senescalli sancti Augustini pro hoc concambio a se et ab heredibus suis in perpetuum tenendo. | Factum est autem hoc cambium anno ab Incarnacione Domini M° C° lxxx viij°. Hiis testibus, Rogero senescallo sancti Augustini Cantuarie, Hugone Coph', Roberto de Westgate et multis aliis.

(Folio 241, v°.)

Langeport. (Probably 1188.)

Notum sit presentibus et futuris ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus assignauimus et dedimus Edwardo Parere xij. acras terre nostre in Herdingeswode in concambio octo acrarum quas ipse Eadwardus tenuit de sancto Augustino et de nobis in Stauerd' in quibus octo acris erat mansio ipsius Eadwardi; ita quod supradictus Eadwordus et filii eius, scilicet, Amfredus, Hamo, Ailwinus, Gilbertus, Amisius, Lambertus, Robertus, supradictas octo acras in curia sancti Augustini nobis reddiderunt et quietas clamauerunt; item[3] sepedictus Eadwordus et prenominati filii eius coram tota curia tactis sacrosanctis pro se et pro heredibus suis iurauerunt quod nullus eorum nec per se nec per alium quicquam iuris unquam in supradictis octo

[1] MS. :—Robertus. But the date of the charter shows that the name should be 'Rogerus'.

[2] In the margin in a later hand :—alta curia.

[3] MS. :—ita.

acris in Stauerdinge clamabit.[1] Tenebit igitur sepedictus Eadwordus et heredes sui supradictas xij. acras in Hardingeswoda ad gauilekend' pro iiij^or^ solidis annuatim tam libere quam libere prius tenuit illas octo acras in Stauerd' pro tribus solidis annuatim. Dedimus eciam predicto Eadwardo iij. solidos in adiutorium ad remouendas domos suas a sepedictis viij. acris in alium locum ; et ita terminata est controuersia de terris inter dictum abbatem et conuentum sancti Augustini et Eadwardum Parere et heredes eius. Vt autem hoc concambium omnibus futuris temporibus firmum sit et stabile dedimus super hoc ipsi Eadwordo cartam nostram apposicione sigilli ecclesie nostre roboratam. Hiis testibus, Rogero tunc senescallo sancti Augustini, Hugone Cophin, Iacobo de Hage, Gileberto fratre abbatis et multis aliis.

Notum sit vniuersis fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit (1188.)
quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et
conuentus eiusdem loci pro octo acris terre quas Ricardus Sukedude |
tenuit de nobis in Stauerdinge ad gauilekend' dedimus ei in concam- (Folio
bium octo acras terre in Ardingeswode ; tenendas de nobis per idem 242, r^o^.)
seruicium per quod illas tenuit in Stauerling, scilicet, pro xxvj. Lange-
denariis in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste et sex denariis in festo port.
sancti Michaelis annuatim pro omni seruicio. Et hoc concambium debemus nos warantizare supradicto Ricardo et heredibus suis in perpetuum etc. et ipse Ricardus et heredes sui illud idem nobis faciunt, ita quod sepedictus Ricardus reddidit nobis supradictas viij. acras quas de nobis tenuit in Stauerd' in curia sancti Augustini [2] et ibi eas quietas nobis clamauit, ita quod ibidem [ipse][3] Ricardus et Liueua vxor eius et Hugo et Lucas filii ipsius Ricardi cum filiabus eius ij. marcas argenti a nobis acceperunt per manum Rogeri senescalli nostri pro hoc concambio a se et ab heredibus suis in perpetuum tenendo. Factum est autem hoc concambium anno ab Incarnacione Domini M^o^ C^o^ lxxx^o^ viij^o^. Hiis testibus Rogero senescallo, Hugone Cophin, Roberto de Westgate, Iordano Soneld' et multis aliis.

Sciant vniuersi fideles ad quos presens scriptum peruenerit quod (1188.)
ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini et conuentus eiusdem loci pro quatuor acris terre quas Hamo filius Willelmi Sanche tenuit de nobis in Stauerdinga ad gauilekend' dedimus ei in concambium iiij^or^ acras terre apud Stureyam in Prestenelde iuxta terram Ailgari de Stureia ; tenendas similiter de nobis ad gauilich' per idem serui-

[1] MS. :—clamabat.
[2] In the margin in a later hand :—curia.
[3] This word is not in the MS.

cium per quod supradictas quatuor acras in Stauerd' tenuit, hoc est per x*d.* annuatim pro omni seruicio, qui x*d.* in curia de Stur' reddentur in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste. Hoc igitur concambium debemus warantizare supradicto Hamoni et heredibus suis in perpetuum etc. et ipse Hamo et heredes eius illud [1] idem facient. Predictus Hamo sepedictas iiij^or^ acras quas de nobis in Stauerd' tenuit reddidit nobis et resignauit in curia sancti Augustini et ibi eas quietas nobis clamauit, ita quod ipse Hamo ibidem vnam marcam argenti a nobis recepit per manum Rogeri senescalli pro hoc concambio a se et ab heredibus suis tenendo. Factum est autem hoc concambium anno ab Incarnacione Domini M° C° lxxx° viij°. Hiis testibus, Rogero senescallo, Hugone Cophin, Roberto de Westgate et multis aliis.

(Folio 243, r°.)[2] xx iiij. pedes de terra sancte Margarete.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Eildrecha' vxor Willelmi Noreis et ego Basilia relicta Willelmi Caluelli, filie Hugonis de Rubeo Hostio, concessu prefati Willelmi Noreis et heredum nostrorum, dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus et eciam quietam clamauimus quandam terram nostram cum omnibus pertinenciis suis que iacet in venella quadam que vocatur Venella Malet, que terra in longitudine sua versus keminum [3] continet quateruiginti pedes, in latitudine vero sua continet sexaginta pedes, in parochia sancte Margarete, que terra fuit Elnordi de Puteo, in perpetuam elemosinam Deo et beato Augustino pro animabus antecessorum et successorum nostrorum liberam et quietam ab omni seruicio in perpetuum. Hec nostra donacio et huius carte nostre confirmacio et hoc nostrum quietum clamium factum fuit in Burgimoto ciuitatis Cantuarie et ibidem recordatum. Et vt hec nostra donacio et concessio et huius carte nostre confirmacio in perpetuum firma sit et hoc nostrum quietum clamium stabile et incorruptum permaneat sigillorum nostrorum apposicionibus illud confirmauimus. Hiis testibus, Goldwino mercerio, Samuele tinctore et Iohanne mercerio tunc temporis bailliuis [4] prefate ciuitatis et multis aliis.

(Folio 244, r°.)[5]

Carta Iohannis filii Willelmi Coci de tota terra in tenemento de Langeport et de viuario.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Willelmi Coci dedi et quietam clamaui Deo et sancto Augustino Cantuarie, abbati

[1] MS. : – illuc.

[2] Folio 242 v° is blank.

[3] MS. :—'ke' (at end of line) 'keminum' (on next line).

[4] MS. :—balliuus. These names do not occur in the list of bailiffs in Somner's *Antiq. of Canterbury*, second edition, p. 179.

[5] Folio 243 v° is blank.

et conuentui ibidem Deo seruientibus, pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam totam terram meam cum omnibus pertinenciis suis quam tenui de predicto abbate et conuentu in Langeport et similiter totum ius quod habui in viuario domini abbatis in eadem villa. Et vt ego nec aliquis heredum meorum possemus contra hanc meam donacionem et clamacionem venire, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Roberto de Tremefeld tunct empore senescallo, Ricardo le Senescallo, Stephano marescallo, Ricardo Panetario, Laurencio Man et multis aliis.

Carta Raginaldi Blundi de redditu x*d.* et j. galline.

Sciant presentes et futuri quod ego Galfridus filius Reginaldi Blundi dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beato Augustino Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam decem denarios redditus mei et vnam gallinam quos, videlicet, decem denarios et vnam gallinam solebam annuatim recipere de heredibus Willelmi Coci de terra Dodeker', de qua terra persoluere solebam annuatim curie de Langeport quatuor denarios. Et in huius rei robur et testimonium presens scriptum sigillo meo corroboraui. Hiis testibus, Roberto de Beremundes' tunc senescallo, Willelmo Kokin, Alwredo de[1] Linberner', Ricardo del Broc, Hamone Porer', Iohanne Porer', Willelmo Plumere et multis aliis.

Carta Godithe[2] filie Hamonis Stephan de redditu xij*d.*

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis et audituris Goditha filia Hamonis Stephan eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me in plenaria curia sancti Augustini Cantuarie constitutam remisisse et quietam clamasse et illam quietam clamanciam presenti carta mea confirmasse domino abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie xij*d.* liberi redditus quos michi annuatim reddere solebant in medio xl^e^ in abbacia sancti Augustini de sopis[3] Rauelin, ita, scilicet, [quod][4] nec ego nec aliquis heredum meorum in predictis xij*d.* aliquid vlterius exigere vel vendicare possimus. In huius rei robur et testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma Merilee tunc senescallo sancti Augustini Cantuarie, Simone de Preston', Waltero de Dene, Willelmo de Soneldune, Simone de Greneweye et multis aliis.

[1] MS. :—se.
[2] MS. :—Goditha.
[3] 'shops'.
[4] Not in MS.

(Folio 244, v°.)

De redditu iij. solidorum recipiendorum per manum Benedicti Coci.

(2 Feb. 1240.)

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Roberti de Westgate dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram, liberam et perpetuam elemosinam tres solidatas liberi redditus mei quas annuatim recipere solebam de quadam [1] terra que iacet apud Northeamme que fuit Iocelini de Eterham, recipiendas annuatim per manum Benedicti Coci vel heredum suorum, scilicet, in die medie xl^e^ x. et viij*d.* et in die sancti Michaelis x. et viij*d.* in curia sancti Augustini; tenendas et habendas dictis abbati et conuentui libere et quiete in perpetuum, sicut libera, pura et perpetua elemosina melius et liberius potest teneri. Decident autem quinque denarii redditus quos annuatim in media xl^a^ apud Langeport reddere solebam ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum ad dictam solucionem dictorum quinque denariorum vlterius tenebimur. Et ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus dictis abbati et conuentui dictas tres solidatas redditus cum pertinenciis contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum. In cuius rei robur et testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Actum in Purificacione beate Marie anno domini Henrici regis filii Iohannis regis Anglie vicesimo quarto. Hiis testibus, Iohanne filio Terrici tunc senescallo sancti Augustini Cantuarie, Iohanne Chich', Thoma de Bernesfeld, Willelmo Teysun, Rogero de Sumeri, Simone Hostiario et multis aliis.

Carta Colini de Bertona de redditu vj. denariorum.

Sciant presentes et futuri quod ego Colinus de Bertune dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et conuentui ibidem Deo seruienti pro salute anime mee et pro animabus antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam sex denarios liberi redditus mei in Cantuaria, quos annuatim michi reddere solebat Raginaldus de Cornhell' ad mediam Quadragesimam de quodam mesuagio extra Burgat', quod mesuagium iacet proxime mesuagio quod fuit Willelmi de Redinge versus north, percipiendos et habendos predictos sex denarios predicto conuentui sicut puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Et ego Colinus et heredes mei warantizabimus dicto conuentui predictum redditum contra omnes homines et feminas.

[1] MS. :—qua.

Hanc vero donacionem et concessionem, warantizacionem ratam et i concussam in perpetuum permansuram sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma de Merlege, tunc senescallo sancti Augustini Cantuarie, Iohanne de Woltune, Roberto de Tremfeld, Rogero Coc, Widone ianitore, Alexandro Hospinel et multis aliis.

Carta Thome et Iohannis filiorum Pauli Vinitarii.

(Folio 245, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas et ego Iohannes filii Pol Vinitarii dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Elewise sorori nostre totam illam terram nostram in longitudine et latitudine sua integre que iacet in parochia sancti Georgii Cantuarie inter terram que fuit Rogeri Marescalli versus west et terram domini abbatis et conuentus ecclesie sancti Augustini Cantuarie versus east; tenendam et habendam de nobis et heredibus nostris predicte Eilewise et heredibus suis et cui et quibus dare vendere et assignare voluerit libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, defendendo totam predictam terram versus dominos fuodi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis, et reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris duos denarios de forgabulo super predictam terram ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio seculari, omni occasione remota. Et nos predicti Thomas et Iohannes et heredes nostri warantizabimus totam predictam terram superius diuisam predicte Elewise et heredibus suis et cuicumque assignare voluerit contra omnes homines et feminas in perpetuum per predictum seruicium. Pro hac autem donacione et warantizacione nostra facta et recordata in hundredo Berthe de Newengate et in Burgmoto ciuitatis Cantuarie et sigillis nostris firmiter munita dedit nobis predicta Elewisa quatuor marcas sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Eudone Chich' et Osmundo Polr' tunc prepositis ciuitatis Cantuarie,[1] Henrico de Sadwico milite, Roberto de Tremefeld, Iohanne Turte et multis aliis.

Carta Elewise filie Pauli Vinetarii de quadam mesuagio in parochia sancti Georgii.

Sciant presentes et futuri quod ego Eilewisa filia Pauli Vinitarii dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et abbati et conuentui ecclesie sancti Augustini Cantuarie in liberam et puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum totam illam terram meam in longitudine et latitudine sua cum toto edificio desuper facto et cum omnibus pertinenciis suis

[1] These names do not occur in the list of *prepositi* in Somner's *Antiq. of Canterbury*, second edition, p. 179.

integre quam emi de Thoma et Iohanne fratribus meis, que iacet in parochia sancti Georgii inter terram domini abbatis de sancto Augustino Cantuarie versus east et terram que fuit Rogeri Marescalli versus west et stratam regiam versus north et venellam regiam et terram que fuit Iohannis Blundi et terram Hugonis Longi versus sut; tenendam et habendam predictis abbati et conuentui libere, quiete, honorifice in perpetuum in pace, defendendo totam predictam terram versus dominos fueodi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et ego Elewisa predicta et heredes mei warantizabimus totam predictam terram superius diuisam cum omnibus pertinenciis suis integre predictis abbati et conuentui contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec mea donacio et warantizacio facta et recordata in Burmoto ciuitatis Cantuarie firma et inconcussa in perpetuum permaneat hanc presentem cartam sigilli mei munimine dignum duxi roborandam. Hiis testibus, Iohanne Turte et Radulfo de Port' tunc prepositis ciuitatis Cantuarie,[1] Roberto de Tremfeld, Henrico Gay, Eudone Chich, Radulfo Turte, Iohanne Hakin, Simone Chich' et multis aliis.

(Folio 245, v°.)

Carta Iohannis filii Pol Vinitarii de redditu duorum denariorum.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Pauli Vinetarii dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie duos denarios liberi redditus mei quos michi annuatim reddere solebat Elewisa soror mea de quodam tenemento in parrochia sancti Georgii quod fuit predicti Pauli patris mei; tenendos et habendos predictos duos denarios predicte ecclesie in puram et perpetuam elemosinam de me et de heredibus meis in perpetuum. Et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus predictos duos denarios sicut puram et perpetuam elemosinam predicte ecclesie in perpetuum contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et concessio, warantizacio stabilis permaneat hanc presentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Widone ianitore, Galfrido fratre suo, Rogero Coc, Thoma de Merile tunc senescallo, Philippo filio Terrici, Iohanne fratre suo et multis aliis.

Carta Willelmi de Melelande de redditu trium solidorum.

(21 Apr. 1250.)

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Melelande et ego Robertus de Meleland' filii Thome de Meleland' relaxauimus et

[1] These *prepositi* are not in the list printed in Somner's *Antiq. of Canterbury*, second edition, p. 179.

quietum clamauimus pro nobis et pro heredibus domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam et puram et perpetuam elemosinam tres solidos annui redditus quos ab eis annuatim percipere consueuimus de scopis que quondam fuerunt Pauli Vinetarii in Cantuaria, et iacent inter terram domini abbatis sancti Augustini Cantuarie versus east et terram que fuit Rogeri Marescalli versus west et regiam stratam versus north et venellam regiam et terram que fuit Iohannis Blundi et terram Hugonis Longi versus suth in parochia sancti Georgii; habendum et tenendum predictum redditum trium solidorum dictis abbati et conuentui et eorum successoribus pro nobis et heredibus nostris in liberam et puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Et nos predicti Willelmus et Robertus de Meleland' et heredes nostri warantizabimus predictum redditum trium solidorum dictis abbati et conuentui et eorum successoribus contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum; et in huius[1] rei testimonium presenti scripto sigilla apposuimus. Actum anno domini M° CC° quinquagesimo die Iouis proxima post festum sancti Elphegi. Hiis testibus, Iohanne Dodeker' tunc proposito Cantuarie, Thoma Chich', Rogero de Sumeri, Simone Hostiario, Philippo de Clouilla et multis aliis.

De via vsque Blen ex opposito regie vie que dicitur Holestrete apud Hakyntone.[2]

Sciant presentes et futuri quod ego Alicia filia Willelmi portarii dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui pro salute anime mee, patris et matris mee et omnium benefactorum meorum defunctorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie quandam viam con|tinentem in latitudine (Folio 246, r°.) sua viginti et vnum pedem quamdiu terra mea durat in longitudine ex opposito regie strate quod dicitur Holestret' apud Hakint'; habendam et tenendam ipsi abbati et conuentui de me et de heredibus meis, libere, quiete, pacifice, sicut nostram liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et ego Alicia et heredes mei warantizabimus et defendemus predictam viam dictis abbati et conuentui contra omnes gentes in perpetuam. Et vt hec mea donacio robur optineat firmissimum in perpetuum hoc presens scriptum sigilli mei inpressione roboraui. Hiis testibus, Gilberto de Boniton' tunc balliuo de Westgate, Eustachio de Hakint', Roberto Lupo, Waltero tannatore, Thoma Haring et multis aliis.

[1] MS. :—cuius.

[2] This and the preceding eight words are in a later hand.

Carta Eustachii de Hakintune de via vsque Blen apud Northwode.[1]

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis et audituris Eustachius de Hakint' eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas nostra me resignasse et quietum clamasse domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui pro me et heredibus meis ingressum et egressum a berthona mea apud Northewode in boscum eorundem qui vocatur Blen, ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum in dicto bosco siue per fugam siue aliquo alio modo aliquid vendicare poterimus. In cuius rei robur et testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Iohanne filio Terrici tunc senescallo sancti Augustini Cantuarie, domino Alano de Thincham, Gilberto de Wilrinthun', Iohanne de Wolthon', Roberto de Bremling', Iohanne Aluf, Ricardo Malet, Randulfo del Blen et multis aliis.

De redditu quinque denariorum.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus filius Liece filie Liefrici de Fonte dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui Symoni capellano filio Walteri Bies et cui dare vel vendere voluerit v^que^ denarios sterlingorum et obolum redditus mei quos michi annuatim reddere solebant heredes predicti Walteri Biies, scilicet, ad festum sancti Iohannis Baptiste de quatuordecim virgatis quas Sorellus tenet de illis in hereditatem, que iacent inter terram Iohannis Nunnesine et terram Willelmi Iuuenis; tenendos et habendos iure hereditario in perpetuum de me et de heredibus meis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis, scilicet, ad predictum terminum ij. *ob.* pro omnibus seruiciis et consuetudinibus et demandis temporalibus. Et ego Radulfus et heredes mei warantizabimus predictum redditum predicto Simoni vel cui illum dare vel vendere voluerit contra omnes homines et feminas per predictum seruicium. Pro hac autem confirmacione, concessione, donacione, warantizacione | mea ad stabilitatem eius perpetuam sigillo meo firmiter munita in hundredo Berthe de Northgat' dedit michi predictus Simon tres solidos sterlingorum et decem denarios in gersumam. Hiis testibus, Martino senescallo, Gilberto de Aula, Roberto de Porta, Waltero pistore et multis aliis.

(Folio 246, v^o^.)

De redditu duorum denariorum et *ob.* q^a^.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina filia Iuliane filie Lefrici de Fonte dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui

[1] This and the preceding word are in a later hand.

Simoni capellano filio Walteri Bes et cui dare vel vendere voluerit duos denarios sterlingorum iij. q^a. redditus mei quos michi annuatim reddere solebant heredes predicti Walteri Bes, scilicet, ad festum sancti Iohannis Baptiste de quatuordecim virgatis terre quas Sorellus tenet de illis in hereditatem, que iacent inter terram Iohannis Nunnesine et terram Willelmi Iuuenis; tenendos et habendos iure hereditario in perpetuum de me et de heredibus meis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis, scilicet, ad predictum terminum vnum quadrantem sterlingorum pro omnibus seruiciis et consuetudinibus et demandis temporalibus. Et ego Cristina et heredes mei warantizabimus predictum redditum predicto Simoni vel cui illum dare vel vendere voluerit contra omnes homines et feminas per [1] predictum seruicium. Pro hac autem confirmacione, donacione et concessione et warantizacione mea ad stabilitatem eius perpetuam sigillo meo firmiter munita in hundredo de Berthe de Northgat' dedit michi predictus Simon duos solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Martino senescallo, Gilberto de Aula, Iordano Salsario, Simone de Balneario, Siwardo de Norgat' et multis aliis.

Item, de redditu ij. denariorum et iij. q^a.

Sciant presentes et futuri quod ego Panie filia Iuliane filie Liefrici de Fonte dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui Simoni capellano filio Walteri Bes et cui dare vel vendere voluerit duos denarios sterlingorum et tres quadrantes redditus mei quos michi annuatim reddere solebant heredes predicti Walteri Bes, scilicet, ad festum sancti Iohannis Baptiste de quatuordecim virgatis terre quas Sorellus tenet de illis in hereditatem que iacent inter terram Iohannis Nunnesine et terram Willelmi Iuuenis; tenendos et habendos iure hereditario in perpetuum de me et de heredibus meis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis, scilicet, ad predictum terminum j. q^a. sterlingorum pro omnibus seruiciis et consuetudinibus et demandis temporalibus. Et ego Paneie et heredes mei warantizabimus predictum redditum predicto Simoni vel cui illum dare vel vendere voluerit contra omnes homines et feminas per predictum seruicium. Pro hac autem confirmacione, donacione et concessione et warantizacione mea ad stabilitatem eius perpetuam sigillo meo firmiter munita in hundredo de Berthe de Northgat' dedit michi predictus Simon duos solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Martino senescallo, Gilberto de Aula, Iohanne Salsario, Simone de Balneario, Siward de Northgate, Willelmo Fabro et multis aliis.

[1] This word is not in the MS.

(Folio 247, r°.)

Carta Iuliane de Lond' de toto tenemento suo.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Iuliana de Lund' et Ricardus filius eius salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos relaxasse et quietum clamasse abbati sancti Augustini Cantuarie et conuentui eiusdem loci totum ius nostrum quod habuimus in toto mesuagio quod fuit Henrici Apollar' in parochia sancti Andree ita quod nos vel heredes nostri nichil iuris in illo mesuagio de cetero poterimus vendicare. Vt autem hec donacio et confirmacio etc.[1] dederunt nobis abbas et conuentus sex marcas argenti. Hiis testibus, Huberto Mercer, Iohanne filio Roberti, T. Marcall', et multis aliis.

De redditu vnius oboli.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus filius Liece dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Benedicto de sancto Augustino et cuicumque assignare voluerit j. obolum redditus mei quem michi reddere solebat Simon capellanus filius Walteri Bes in festo sancti Iohannis Baptiste [pro][2] xiiij. virgatis terre que iacent inter terram Iohannis Nunnesine et terram Willelmi Iuuenis; tenendum et habendum quiete iure hereditario etc. Pro hac autem donacione et confirmacione dedit predictus Benedictus xij*d*. Hiis testibus, Martino senescallo, Gilberto de Aula, Roberto de Porta et multis aliis.

Omnibus[3] Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit frater P. dictus abbas de Langedun' et eiusdem loci conuentus salutem eternam in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod nos debemus reddere singulis annis domino abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie v*s*. sterlingorum ad curiam de Langeport de domo et de terra cum pertinenciis suis que fuerunt quondam Rogeri filii Gilberti de Lurdingesden' in villa Cantuarie, sicut in carta ipsius continetur expresse quam habemus de eo de prefatis domo et terra cum pertinenciis, videlicet, ad mediam xl^{am} xxx^{ta} denarios, ad festum sancti Michaelis xxx^{ta} denarios, pro omni seruicio quod ad eos spectat. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro signauimus. Hiis testibus, Willelmo de Ceritun', Roberto de Rokesle, Stephano de Cusint', Alano de Tuitham etc.

[1] 'etc.' is crossed through here. [2] Not in MS.

[3] In the margin in a later hand :—Nota de Daggepette per abbatem de Langedon. The list of the Abbots of Langdon in Dugdale's Monasticon contains no name beginning with P.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis I. Priorissa sancti Sepulcri Cantuarie eternam in Domino salutem. Noueritis nos inspexisse[1] cartam Wlmeri et Willelmi et Mariote heredum Lamberti de Douoria quam penes nos habemus de verbo ad verbum sub hac forma:—Sciant presentes et futuri quod nos Wilmer, Willelmus et Mariota, heredes[2] Lamberti de Douor', dedimus et concessimus et carta nostra confirmauimus Galfrido de Stur' duo mesuagia nostra cum edificiis | desuper constructis et omnibus suis pertinenciis, quorum vnum iacet inter regias stratas que sunt versus north et east et terram Matildis de Vlmo versus suth, et aliud iacet in suburbio Cantuarie inter terram Iohannis Dodeker' que est versus suth et terram Elphegi Pelliparii versus north et terram Henrici dicti quondam Candelclerk' versus east et regiam stratam versus west; habenda et tenenda sibi et heredibus suis de nobis [et heredibus nostris][3] libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, defendendo predicta mesuagia versus dominos fundi de omnibus annuis seruiciis inde debitis, et reddendo inde nobis et heredibus nostris ad festum sancti Michaelis ij*d.* de forgabulo pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis temporalibus ad nos vel ad heredes nostros pertinentibus. Et nos predicti Wlmerus, Willelmus et Mariota et heredes nostri warantizabimus etc. Pro qua nostra donacione et concessione et carte huius confirmacione et warantizacione nostra facta et recordata in burgimoto ciuitatis Cantuarie et in hundredo Berthe de Redingate et sigillis nostris firmiter munita, anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xxx° ij° dedit nobis predictus Galfridus octo marcas sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Iohanne Dodeker' et Roberto Polr', Henrico Iay, Ricardo Samuel, Willelmo Kokin et multis aliis.

(27 Oct. 1247–27 Oct. 1248.) (Folio 247, v°.)

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris priorissa et moniales Sancti Sepulcri extra Cantuariam eternam in Domino salutem. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos promisisse et hac presenti carta nostra concessisse quod terras vel redditus ad abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie spectantes nec ingrediemur nec aliquo titulo nobis appropriabimus nisi eorum licencia super hoc prius petita pariter et optenta. Quod si aliquo tempore fecerimus, volumus quod factum nostrum irritum fiat et inane. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum ecclesie nostre apposuimus. Datum die sancte Marie

Obligacio priorisse Sancti Sepulcri (22 July, 1244.)

[1] MS. :—inspectisse.
[2] MS. inserts 'et' before 'heredes'.
[3] MS. reads 'heredibus suis et de nobis'.

Magdalene anno Domini M° CC° xl° iiij°. Valeat vniuersitas vestra semper in Domino.

(Folio 248, r°.) (24 July, 1246.)

Omnibus[1] Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Simon de la Snade hostiarius domini abbatis sancti Augustini Cantuarie eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod ego teneor soluere domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui quatuordecim marcas sterlingorum infra septem annos, scilicet, quolibet anno duas marcas infra octauas Natiuitatis beati Iohannis Baptiste. Concessi et eis solidatas meas duarum marcarum per quatuor annos ad exoneracionem debitorum suorum, quas consueui percipere pro seruicio meo in aula, si tanto tempore in seruicio illo stetero cum domino abbate, ita, videlicet, quod non tenear per predictos quatuor annos inuenire seruientem in cellario sumptibus meis vel solidatis occasione ministerii mei quod dominus abbas michi dedit in cellario, sed post dictos iiij^or^ annos faciam pro ministerio meo in cellario de seruiente et de aliis ad illud ministerium contingentibus secundum quod antecessores mei in eodem ministerio existentes facere consueuerunt. Si vero contingat me a seruicio aule infra dictos quatuor annos amoueri, ex tunc prouidebo de seruiente sumptibus meis in cellario nisi forte in propria persona ministrare voluero. Incipiunt autem dicti septem anni et iiij^or^ anni a festo sancti Michaelis anno Domini M° CC° xl° vj^to^. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Valete in Domino. Datum in vigilia sancti Iacobi apostoli anno supradicto.

(Folio 248, v°.) (21 Dec. 1457.)

The opening words of the will of John Theuxstede of the parish of St. Paul without the walls; the day of St. Thomas apostle, 1457.

(Folio 249, r°.) iij*s*. redditus in Lenham.[2]

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Michaelis de Elherst dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui vna cum corpore meo ad anniuersarium meum die obitus mei faciendum Deo et beato Augustino Cantuarie et abbati et conuentui eiusdem loci iij. solidos et sex denarios annui redditus in villa de Lenham in tenemento ipsorum, quos a certis tenentibus in eadem villa et ad certos terminos annuatim percipere consueui prout in cartis super hoc inter me et ipsos confectis plenius continetur, quas ad maiorem huius facti mei securitatem duxi tradendas abbati et conuentui antedictis, et mesuagium et tenementum Rogeri de Sartrino in suburbio Cantuarie cum redditu inde proueniente, scilicet, trium solidorum,

[1] Above this entry is written :—Vacat.
[2] In reality the sum was 6*s*. 8*d*. in all.

et duos denarios qui per sacristam sancti Augustini qui pro tempore fuerit prouidebuntur; tenendum et habendum dictum redditum cum mesuagio et tenemento etc. Et vt hec mea donacio, concessio et carte mee confirmacio firma sit et stabilis in futuro, presenti scripto sigillum meum pro me et heredibus meis duxi apponendum. Hiis testibus, Iohanne de Sorn', Michaele de Hulle, Michaele de Elherst et multis aliis.

vj*s.* viij*d.* redditus in Lenham.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas inspecturis Matildis de Hulle vxor quondam Iohannis de Helhurst salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me in ligia potestate et viduitate mea post obitum dicti Iohannis viri mei vj. solidos et viij*d.* annui redditus quos idem vir meus simul cum corpore suo abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie tam in villa de Lenham quam in suburbio Cantuarie per cartam suam duxerit conferendos quantum ad me attinet eisdem concessisse et confirmasse. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Iohanne de Sorn', Michaele de Hull', Michaele de Elherst, Alano de Ronesden' et multis aliis.

(Folio 250, r°.)[1] (23 Oct. 1365.)

Inquisicio capta ad visum franci plegii tentum apud Wykham coram Willelmo de Wauere senescallo domini principis ibidem die Iouis proxima ante festum Sanctorum Apostolorum Simonis et Iude anno regni regis Edwardi tercii a conquestu Anglie tricesimo nono per sacramentum Iohannis atte Mersch, Iohannis Thornton, Thome Geldene, Walteri de Groue, Willelmi atte Bregge, Iohannis Moorle, Thome atte Strete, Iohannis Copeday, Thome Peny, Willelmi Brokman, Thome Goldyng et Iohannis Eastone oneratorum super sacramentum suum si Thomas nunc abbas sancti Augustini Cantuarie et predecessores sui debent et solent percipere duos solidos annui redditus de quodam marisco domini principis vocato Herynghope in Wykham, sicud predictus abbas dicit, necne; et si sic, qualiter, quo modo, in quo tempore etc. Qui dicunt super sacramentum suum quod predictus abbas et predecessores sui debent et solent percipere duos solidos de predicto marisco ad terminos Michaelis et Pasche vt ius ecclesie sue, pertinentes ad manerium suum de Chistelet, a tempore cuiusdam Rogeri predecessoris abbatis nunc etc., qui mariscum illum dimisit cuidam Alano de Val' et heredibus suis, reseruando sibi et successoribus suis redditum predictum, etc.

Carta Odonis de Copintre.

(Folio 251, r°.)[2] (Nov. 1251.)

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis vel audituris quod ita conuenit inter Robertum Dei gracia abbatem sancti Augustini Cantuarie et conuentum eiusdem loci ex vna parte et Odonem de

[1] Folio 249 v° is blank. [2] Folio 250 v° is blank.

Capintre quod predicti abbas et conuentus dederunt in escambium hereditarie et in perpetuum duraturas predicto Odoni et heredibus suis vnam acram et dimidiam et vnam perticatam terre cum pertinenciis suis, que iacent ante portam eiusdem Odonis in loco qui dicitur Hoke inter boscum predicti abbatis, qui est ex parte boreali et occidentali, et terram eiusdem Odonis versus orientem et stratam versus austrum, scilicet, in escambium pro duabus acris et dimidia et quarta parte vnius perticate terre et bosci cum pertinenciis suis que iacent in campo qui dicitur Esseburnefeld inter stratam versus orientem et boscum dicti abbatis versus occidentem, et capitant ad terram predicti abbatis versus austrum et ad boscum eiusdem abbatis versus boream. Et predicti abbas et conuentus et successores eorum warantizabunt predictam terram que dicitur Hoke, vt supra diuisum est, predicto Odoni et heredibus suis vel assignatis suis contra omnes homines et feminas in perpetuum per predictum escambium. Similiter et idem predictus Odo et heredes sui warantizabunt predictam terram et predictum boscum in campo de Esseburnefeld, vt supra notatum est, predictis abbati et conuentui et successoribus eorum contra omnes homines et feminas in perpetuum per predictum escambium. Est eciam sciendum quod predictus Odo et heredes sui defendent predictam terram, que dicitur Hoke, versus dominos feodi per idem et tantum seruicium quantum ipsi vel antecessores sui facere solebant annuatim de tota predicta terra et bosco in Esburnefeld. In cuius igitur testimonium vna pars huius cirographi bipartiti sigillo predicti abbatis signata penes predictum Odonem et heredes suos custoditur; reliqua vero pars sigillo eiusdem Odonis signata in thesauraria predictorum abbatis et conuentus reseruatur. Actum in curia predicti abbatis apud Stureiam anno gracie millesimo ducentesimo quinquagesimo j° mense Nouembris. Hiis testibus Iohanne de Kemesenge tunc senescallo sancti Augustini Cantuarie, Hugone de Istoke tunc balliuo de Cistelet, Eustachio de Hakint', Iohanne tunc forestario de Blen etc.

De duabus acris bosci in Esseburnewode.

(24 Feb. 1249.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Reginaldus filius Ricardi salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus dimidiam acram bosci cum pertinenciis in Esseburnewode sine aliquo retenemento in puram et perpetuam elemosinam; habendum et tenendum predictam dimidiam acram bosci cum pertinenciis memorato

monasterio libere et quiete sicut libera elemosina melius et liberius potest teneri et haberi. Et | ego predictus Reginaldus et heredes mei warantizabimus pariter et defendemus totam predictam dimidiam acram bosci cum suis pertinenciis de omnibus seruiciis inde annuatim debitis et contra omnes gentes in perpetuum. Et vt hec mea donacio, concessio [etc.][1] presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis tricesimo tercio, die beati Mathie apostoli. Hiis testibus, Iohanne de Sorne tunc senescallo, Iohanne de Well', Roberto de Bremling, Gilberto filio Iohannis et multis aliis. (Folio 251, v°.)

Item, de iiij^or^ acris bosci et dimidia et virgata in Esseburnewode.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Hugo, Iacobus, Hugo filius Godefridi de Herlonde et Thomas filius Dionisii salutem. Noueritis nos dedisse, concessisse, et presenti carta nostra[2] confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus quatuor acras et dimidiam et vnam virgatam bosci et dimidiam acram terre arrabilis cum pertinenciis in Esseburnefeld sine aliquo retenemento in puram et perpetuam elemosinam; habendas et tenendas predictas quatuor acras et dimidiam et j. virgatam cum prefata dimidia[3] acra terre arabilis cum omnibus suis pertinenciis memorato monasterio libere et quiete, sicut libera elemosina melius et liberius teneri potest et haberi. Et nos predicti Hugo et Iacobus, Hugo et Thomas et heredes nostri warantizabimus pariter et defendemus totum predictum boscum cum predicta terra arrabili et omnibus pertinenciis de omnibus seruiciis inde annuatim debitis et contra omnes gentes in perpetuum. Et vt hec nostra donacio, concessio, warantizacio etc. Anno regni regis Henrici filii Iohannis tricesimo tercio, die Lune proxima post festum beati Mathie apostoli. Hiis testibus, Iohanne de Shorne, Iohanne de Well', Roberto de Bremling, Giberto filio Iohannis et multis aliis. (1 Mar. 1249.)

Item, de bosco in eodem loco.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis vel audituris Benedictus filius Radulfi et Iohanna vxor sua salutem. Noueritis nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruienti- (22 Nov. 1248.)

[1] Not in MS.
[2] MS. :—mea.
[3] This word is repeated.

bus totum boscum nostrum in Esseburnefeld, scilicet, vnam dimidiam acram[1] cum omnibus seruiciis pertinentibus sine aliquo retenemento in puram et perpetuam elemosinam; habendum et tenendum totum predictum boscum cum omnibus suis pertinenciis memorato monasterio libere et quiete in perpetuum sicut libera elemosina melius teneri potest. Et nos predicti Benedictus et Iohanna vxor mea et heredes nostri warantizabimus pariter et defendemus totum predictum [boscum][2] cum omnibus suis [pertinenciis][3] de omnibus seruiciis inde annuatim debitis contra omnes gentes in perpetuum. Et vt hec mea donacio, concessio etc.; anno regni regis Henrici filii regis Iohannis tricessimo tercio die beate Cecilie. Hiis testibus, I. de Sorne, I. de Well', Roberto de Bremling et multis aliis.

(Folio 252, r°.)

Carta Henrici Copur.

(18 Oct. 1249.)

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Henricus de Bilechewode salutem. Noueritis me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus totam terram meam[4] in Hardiesfeld cum arboribus desuper existentibus et omnibus aliis ad predictam [terram][5] pertinentibus sine aliquo retenemento in liberam et puram et perpetuam elemosinam; habendam et tenendam totam predictam [terram][6] cum pertinenciis predictis ecclesie et monachis ibidem Deo seruientibus libere et quiete sicut elemosina melius et liberius potest teneri et haberi. Et ego predictus Henricus et heredes mei warantizabimus totam predictam terram cum omnibus suis pertinenciis predictis ecclesie et monachis ibidem Deo seruientibus contra omnes homines et feminas in perpetuum. Vt igitur hec mea donacio, concessio et presentis carte mee confirmacio stabilis et rata permaneat etc. Anno regni regis Henrici filii Iohannis regis xxx° tercio, die Luce ewangeliste. Hiis testibus, Iohanne de Shorne, Simone de Besechewode, Bricio de Blakesronde et multis aliis.

De xxxij. acris bosci et dimidia in Ernesherste pertinent' ad manerium de Swaleclyue.[7]

(25 Dec. 1239.)

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo filius Iohannis de Gungeshall' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui

[1] MS. add 'et dimidiam' after this word.
[2] Not in MS. [3] Not in MS.
[4] MS. reads 'mea' and inserts it after 'Hardiesfeld'.
[5] Not in MS. [6] Not in MS.
[7] This and the four preceding words are in a later hand.

in puram et perpetuam elemosinam xxxij. acras terre mee et dimidiam cum pertinenciis cum bosco desuper crescente apud Earnesherst, que iacent iuxta boscum meum qui est versus occidentem et viam que ducit a Cantuaria versus Sualecliue que est versus orientem et iuxta terram Galfridi filii Mauricii de Witstaple que est versus austrum et boscum heredum Regneri de Forwode et aliorum tenencium meorum qui est versus aquilonem; tenendam et habendam dictam terram cum bosco desuper crescente et omnibus aliis pertinenciis predicto abbati et conuentui libere et quiete in perpetuum sicut pura et[1] perpetua elemosina liberius et quiecius potest haberi et teneri. Et sciendum quod tenentes mei ex parte aquilonali claudent et fossabunt vnusquisque contra terram suam versus dictum dominum abbatem et conuentum, ita quod pro defectu clausture nullum dampnum incurrent dicti abbas et conuentus. Et ego predictus Hamo et heredes mei defendemus predictas xxx^ta^ duas acras terre et dimidiam cum bosco[2] desuper crescente et omnibus aliis pertinenciis versus dominum fuodi, simul et warantizabimus eandem dictis abbati et conuentui contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et concessio facta dictis domino abbati et conuentui anno domini Henrici regis filii Iohannis regis vicesimo quarto in Natali Domini firma et stabilis in perpetuum permaneat, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Iohanne filio Terrici, Galfrido de Nortwode, Simone filio Hamonis de Hage et multis aliis.

Carta Walteri de Clifford.

(Folio 252, v°.)

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Walterus de Clifford filius Walteri de Clifford salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in perpetuum totam terram illam quam Hamo de Gungeshall' de feodo meo in Ernestherst vendit eisdem; tenendam et habendam cum bosco et pastura et cum omnibus pertinenciis suis in puram et perpetuam elemosinam sicut in carta vendicionis dicti Hamonis plenius continetur. Et vt mea ratihabitacio[3] et confirmacio pro me et heredibus meis facta omnibus liqueat in futurum, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, domino Stephano (After Dec. 1239.)

[1] This word is not in the MS.
[2] This and the preceding word are repeated.
[3] MS. :—retihabitacione.

Haringod, domino Helia de Bottina[1], domino Alano de Thitham et multis aliis.

De quodam bosco in Erste.

(6 Dec. 1245.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis vel audituris Henricus et Robertus filii Simonis de Shirche salutem. Noueritis nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus iij. virgatas bosci et dimidiam in Herste cum omnibus pertinenciis sine aliquo retenemento in puram et perpetuam elemosinam; habendas et tenendas predictas iij. virgatas bosci et dimidiam cum omnibus suis pertinenciis memorato monasterio libere et quiete in perpetuum sicut libera elemosina liberius et melius potest haberi et teneri. Et nos predicti Henricus et Robertus defendemus predictas tres virgatas bosci et dimidiam cum omnibus suis pertinenciis contra dominos feodi de omnibus seruiciis ad predictum boscum pertinentibus, et warantizabimus contra omnes gentes in perpetuum. Et vt hec nostra donacio, concessio stabilis permaneat in perpetuum presens scriptum sigillorum nostrorum muniuimus inpressionibus. Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xxx°, die beati Nicholai. Hiis testibus, Iohanne de Sornes, Rogero de Sumeri, Simone de la Snade, Roberto de Shirche et multis aliis.

Item, de bosco in Herste.

(6 Dec. 1248.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis vel audituris Robertus filius Willelmi de Shirche, salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus j. acram bosci in Herste cum pertinenciis infra fossatum sine aliquo retenemento in puram et perpetuam elemosinam; habendam et tenendam predictam acram cum[2] omnibus suis pertinenciis memorato monasterio libere et quiete in perpetuum, sicut libera elemosina liberius et melius potest haberi et teneri. Et ego predictus Robertus et heredes mei defendemus predictam acram (Folio 253, r°.) bosci | cum pertinenciis contra dominos fundi de omnibus seruiciis ad predictam acram bosci cum omnibus suis pertinenciis [pertinentibus][3] et warantizabimus contra omnes gentes in perpetuum. Et vt hec mea donacio concessio stabilis permaneat, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Anno regni regis Henrici filii Iohannis regis

[1] Perhaps *Boitina*, or *Boitona*. The word is indistinct.
[2] This word is repeated. [3] Not in MS.

xxx° tercio die beati Nicholai. Hiis testibus, Iohanne de Schorne, Rogero de Sumer', Simone de la Snade, Roberto de Shirche et multis aliis.

Carta Walteri Godhauec de quodam bosco in Blen.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Godhauec dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et abbati sancti Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam duas acras bosci mei cum pertinenciis suis simul cum fouea que boscum includit, que iacent inter terram meam arrabilem et boscum sancti Augustini Cantuarie; tenendas et habendas de me et heredibus meis in perpetuum in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et vt hec concessio, donacio firma et stabilis in perpetuum permaneat sigillum meum huic scripto apposui. Hiis testibus, Roberto de Tremfeld tunc senescallo, Roberto de Bermundes', Hamone de Childe, Roberto de Strode, et multis aliis.

Item, eiusdem.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Golhauec (*sic*) dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Radulfo del Blen filio Iohannis Marescot et heredibus suis vel cuicumque dare vel vendere vel assignare voluerit totam terram meam cum pertinenciis quam tenui de domino abbate sancti Augustini Cantuarie in villa de Chistelet, que terra iacet inter boscum predicti domini abbatis versus east et terram heredum Hamonis de Chelde versus west et inter tenementum domini archiepiscopi versus north et boscum predicti domini abbatis versus suth; tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel cuicumque dare vel vendere vel assignare voluerit libere et quiete iure hereditario in perpetuum, faciendo inde seruicium versus dominum fundi et michi et heredibus meis in vigilia sancti Michaelis in cimiterio sancti Augustini Cantuarie j. denarium de forgabulo. Et ego predictus Walterus Goldhauec et heredes mei warantizabimus predicto Radulfo et heredibus suis vel cuicumque dare vel vendere vel assignare voluerit totam prenominatam terram cum pertinenciis suis contra omnes homines et feminas. Pro hac autem donacione, concessione et presentis carte mee confirmacione facta et recordata in capitali curia[1] domini abbatis sancti Augustini Cantuarie dedit michi predictus Radulfus sex marcas |

[1] In the margin in a later hand :—de alta curia.

(Folio 253, v°.) argenti tres solidos et vnam tunicam et vnam supertunicam furratam et vxori mee vnam tunicam in gersumam. Hiis testibus, Thoma Merlege tunc senescallo sancti Augustini, Roberto de Tremfeld, Ricardo de Westgate, Rogero Coc, Willelmo de Elmerestune, Hugone de Sheth' et multis aliis.

Carta Radulfi de Blen.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus del Blen filius Iohannis Marscot dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in puram et perpetuam elemosinam totam terram cum pertinenciis quam emi de Waltero Goldhauec in villa de Chistelet, sicut in carta quam dictus Walterus michi fecit in vendicione predicte terre plenius continetur; tenendam et habendam dictis abbati et conuentui in puram et perpetuam elemosinam sicut prescriptum est. Et vt hec mea donacio et concessio et presentis carte mee confirmacio facta et recordata in capitali curia domini abbatis sancti Augustini Cantuarie firma et stabilis in perpetuum perseueret presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Henrico de Sandwico, Thoma de Baueligeham, Thoma de Merlege tunc senescallo et multis aliis.

Carta Salomonis de Parco.

(24 Nov. 1224–16 Jan. 1252.) Sciant presentes et futuri quod ego Salomon de Parco filius Iohannis de Parco dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam quindecim acras et tres virgatas bosci mei qui vocatur Herst extendentes se a parco dicti domini abbatis vsque ad fossatum in quo aqua solet deffluere versus occidentem, ita quod dictum fossatum comprehendatur sub hiis acris et tribus virgatis; tenendas et habendas dictas quindecim acras bosci et tres virgatas cum pertinenciis suis libere et pacifice in perpetuum. Et ego predictus Salomon et heredes mei defendemus quindecim acras et tres virgatas bosci cum omnibus pertinenciis suis versus dominum Cantuariensem archiepiscopum de omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis temporalibus inde annuatim debitis vel casu contingentibus et warantizabimus predictas quindecim acras et tres virgatas bosci cum pertinenciis suis dictis domino abbati et conuentui contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et concessio et presentis carte mee confirmacio facta et recordata in curia de Raculure firma et stabilis in perpetuum permaneat presens[1] scriptum

[1] This word has been erased—the 'p' is left.

sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Iohanne filio Terrici, Radulfo Dawe tunc balliuo de Reculure, Nicholao de Hage et multis aliis.

Verte retro quatuor folia vbi scribitur nouum cirographum heredum Cokini super hoc bosco.[1]

Carta Walteri Husebunde de Cistel'.

(Folio 254, r°.) (24 Nov. 1224–16 Jan. 1252.)

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Husebund' filius Roberti dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in puram et perpetuam elemosinam quinque acras marisci mei cum pertinenciis suis in Chistelet que iacent inter mariscum domini abbatis sancti Augustini Cantuarie versus suth et mariscum Huardi de Bickele versus west et mariscum qui fuit Stephani de Marisco versus north et mariscum predicti Huardi de Bickele versus east; tenendas et habendas predictis abbati [2] et conuentui in puram et perpetuam elemosinam sicut prescriptum est. Et vt hec mea donacio, concessio et presentis carte mee confirmacio facta et recordata in capitali curia [3] domini abbatis sancti Augustini Cantuarie firma et stabilis in perpetuum perseueret, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Henrico de Sandwico, Thoma de Bauelingeham, Radulfo de Porta, Iohanne Ham', Thoma de Merlege tunc senescallo et multis aliis.

Item, eiusdem.

(24 Nov. 1224–16 Jan. 1252.)

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Husebunde vendidi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui quatuor solidos et octo denarios liberi redditus mei cum pertinenciis in Chistelet, scilicet, de me et heredibus [meis] [4] duos solidos j. denarium de quodam marisco iacente inter mariscum domini abbatis sancti Augustini Cantuarie et mariscum domini Huardi, domini de Bikele, soluendos ad festum sancti Michaelis duodecim denarios et obolum et ad Pentecosten duodecim denarios et obolum; et de Etardo Bedello tresdecim denarios de vna acra terre iacente inter terram dicti abbatis et semitam que ducit versus Chiteye, soluendos ad festum sancti Michaelis sex denarios et obolum et ad Pentecosten sex denarios et

[1] There is a blank space four leaves back, and it must have been intended to insert the deed of the heirs of Cokin at that point.

[2] MS. :—abbatis.

[3] In the margin in a later hand :—alta curia.

[4] Not in MS.

obolum; et de Willelmo de Suthertun' et heredibus suis sex denarios de duabus acris prati iacentibus iuxta fontem sancti Cosme, scilicet, ad festum sancti Michaelis tres denarios et ad Pentecosten tres denarios; et de Willelmo de Forstallo et heredibus suis sex denarios, scilicet, ad festum sancti Michaelis tres denarios et ad Pentecosten tres denarios; et de Godwyno filio Wlwatti et heredibus suis sex denarios de vno mesuagio iacente in Bradehamme, scilicet, ad festum sancti Michaelis, tres denarios et ad Pentecosten iij*d.*; tenendum et habendum totum dictum redditum cum pertinenciis dictis abbati et conuentui de me et heredibus meis libere, quiete iure hereditario in perpetuum. Et ego dictus Walterus et heredes mei totum dictum redditum cum pertinenciis suis dictis abbati et conuentui warantizabimus contra omnes homines et feminas in perpetuum. Pro hac autem vendicione mea et carte mee confirmacione | dederunt michi dictus abbas et conuentus xl*s.* sterlingorum in gersumam. In huius rei testimonium presentem cartam meam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, domino Henrico de Wintreshell', Yuone de Chistelet, balliuo, Iohanne et Galfrido de Boyton et multis aliis.

(Folio 254, v°.)

De quodam marisco apud Cistelet.[1]

(Before 20 Oct. 1212.)

Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus vniuersis Dei fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit perpetuam in Domino salutem. Sciatis nos dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Alano de Val et heredibus suis mariscum quod vocatur Heringeshop pertinens ad manerium nostrum de Chistelet, reddendo inde nobis annuatim in curia nostra de Chistelet ij*s.* pro omni seruicio, scilicet, xij*d.* ad festum sancti Michaelis et xij*d.* ad Pascha. Et hanc terram prefato Alano et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus, Rogero de Nortburne tunc senescallo nostro, Luca de Hecham, Iohanne de Suthber', Iohanne filio Roberti et multis aliis.

Carta Willelmi de Suhtburtune de redditu iij. solidorum et iiij. gallinarum.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Henrici de Suthburtun' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam tres solidos et iiij^{or} gallinas

[1] In the margin in a later hand:—Heringeshop—Inquisicionem inde factam die visus franci plegii apud Wykham per Willelmum Wauer' quere v^{to} folio ante.

liberi redditus mei in tenemento de Chistelet quos heredes Thome filii Wlmari de Marisco michi annuatim ferre solebant, scilicet, viij*d.* et ij. gallinas de mesuagio quod fuit Raynild et x*d.* de tribus virgatis terre que fuerunt Iohannis List et capitant ad dominicum domini abbatis et mariscum quas Walterus Copestok tenet. Et vj*d.* et j. gallinam de quadam terra que iacet iuxta parcum domini abbatis quam Ricardus Babba tenet que fuit Elfwini Kenep patris sui. Et ix*d.* et j. gallinam de quadam terra quam Iohannes Pelliparius tenet que fuit Ordgari Kenep et iij*d.* de quadam terra quam Ricardus Babba tenet que fuit Wibelot' de Forstallo. Et preterea remisi et quietos clamaui predicto domino abbati et conuentui in puram et perpetuam elemosinam xiiij^{or}*d.* liberi redditus quos michi annuatim reddere solebant de terra que fuit Ordgari de Rake. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum in dictis xiiij^{or} denariis aliquid vendicare poterimus, reddendos predictos iij. solidos predicto domino abbati et conuentui annuatim | in curia sancti Augustini, medietatem, (Folio 255, r^{o}.) scilicet, in festo sancti Michaelis et medietatem in vigilia Pentecostes per manus heredum dicti Thome filii Wlmari et iiij^{or} gallinas in vigilia Natalis Domini. Et ego predictus Willelmus de Suthburtun' et heredes mei warantizabimus predictos iij. solidos et iiij^{or} gallinas liberi redditus et xiiij^{or}*d.* predictos predictis domino abbati et conuentui cum omnibus releuiis et eskaetis et omnibus prouentibus que de eisdem in perpetuum poterunt peruenire. Et vt hec mea donacio et quieta clamancia firma et stabilis in perpetuum permaneat presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, domino Iohanne filio Terrici, Willelmo de Faireport, Willelmo de Wixebeche et multis aliis.

Item, de quodam marisco apud Cistelet.

Sciant presentes et futuri quod ego Stephanus filius Thome de (26 May, 1239.) Isefolde et ego Simon et ego Warinus et ego Iohannes filii Viuiani de Isefolde dedimus et concessimus et hac presenti carta mea confirmauimus domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui vnam acram et dimidiam terre nostre apud Chistelet cum omnibus pertinenciis suis in puram et perpetuam elemosinam, vnde vna acra iacet in longitudine versus orientem et occidentem inter Ketemerse et dominicum domini abbatis, in latitudine vero inter terram que dicitur Gunnildelande et terram heredum Leuenot Sygrim que est ex parte australi, et dimidia acra in longitudine iacet versus orientem et occidentem inter fugam domini abbatis que est ex parte orientali et dominicum domini abbatis quod est ex parte occidentali,

in latitudine vero inter terram Walteri Kopestoc que est ex parte aquilonali et terram heredum Etardi Bedelli que est ex parte australi; tenendam et habendam dictam acram et dimidiam terre dictis abbati et conuentui libere quiete pacifice in perpetuum defendendo eandem versus dominos fundi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et nos dicti Stephanus et Simon, Warinus et Iohannes warantizabimus dictis abbati et conuentui dictam terram cum omnibus pertinenciis suis contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec nostra donacio et concessio et carte nostre confirmacio facta ad festum sancti Augustini, anno domini regis Henrici filii Iohannis regis Anglie xx° tercio et recordata in magna curia domini abbatis sancti Augustini Cantuarie[1] firma et stabilis in perpetuum permaneat presens scriptum sigillorum nostrorum inpressione roborauimus. Hiis testibus, domino Bartholomeo de Badelesmere, domino Alano de Thuitham, Iohanne Terri et multiis aliis.

(Folio 255, v°.)

Carta Walteri Husebundi de quodam marisco. Ista carta debet esse superius cum ceteris.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus filius Roberti de Chistelet dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam quinque virgatas terre mee cum pertinenciis suis que iacent inter mariscum domini abbatis versus east et inter terram Leuenoth filii Sygrim versus west et inter terram Hugonis clerici versus suth et inter stratam que ducit ad Serres versus north; tenendas et[2] habendas de me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum. Et vt hec mea donacio et concessio firma et stabilis permaneat presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus Thoma de Merlege tunc senescallo, Roberto de Tremfeld, W. de Eilmerestun, Rogero de Wingate et multis aliis.

Item, de quadam terra apud Cistelet.

(15 May, 1208—6 May, 1209.)

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus filius Ricardi de Wischebech' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et ecclesie sancti Augustini Cantuarie vnam circiter virgatam terre mee in manerio suo de Cistelet super montem de Boytune in qua dominus Rogerus abbas predicte ecclesie sancti Augustini plantauit

[1] In the margin in a later hand :—magna curia.
[2] This word is not in the MS.

vnum molendinum ad ventum; tenendam et habendam de me et de heredibus meis in perpetuum reddendo inde annuatim michi et[1] heredibus meis vnam summam ordei contra Natale pro omni seruicio; ita quod ego predictus Petrus et heredes mei inueniemus viam omnibus volentibus ad iamdictum molendinum venire tam equitibus quam peditibus et si necesse fuerit cum karecta et karro in longitudine terre mee a publica strata que iacet ante portam Wlstani de Wetindem' vsque ad ipsum molendinum; et pro hac concessione et confirmacione dedit michi prefatus R. abbas sancti Augustini dimidiam summam ordei in gersumam. Et ego predictus Petrus et heredes mei warantizabimus predictam terram et viam abbati et conuentui ecclesie sancti Augustini Cantuarie contra omnes homines et feminas in perpetuum. Facta est autem hec mea concessio, confirmacio et recordata in curia de Chistelet anno regni regis Iohannis decimo. Hiis testibus, Reginaldo tunc balliuo de Chistelet, Ysaac de Boitun, T. et Andrea de Wischebeche et multis aliis.

De quadam terra apud Cliue in parochia de Cistelet.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Dauid dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam quartam partem de Cliue de Welham cum omnibus pertinenciis suis; tenendam et habendam predictis abbati et conuentui | libere et quiete in perpetuum sicut pura et perpetua elemosina potest melius teneri et haberi. Decidet autem de predicta terra quarta pars vnius vomeris quam ego et antecessores mei pro eadem terra curie de Chistelet annuatim reddere consueuimus. Ita quod ego nec aliquis heredum meorum ad dictam solucionem de cetero tenebimur. Et ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus etc. Et vt hec mea donacio et concessio et carte mee confirmacio facta et recordata in curia de Chistelet anno regni regis Henrici filii Iohannis xx° quarto in Pentecoste firma et stabilis permaneat presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Iohanne Terri, Philippo de Huntindune tunc balliuo de Chistelet, Thoma de la Haghe, Hamone de Makinbroke et multis aliis.

(3 June, 1240.)

(Folio 256, r°.)

Item, de eodem loco.

Sciant presentes et futuri quod ego Geruasius filius Wlmari et ego Auicia filia Gilberti vxor sua dedimus et concessimus et hac presenti

(20 Ap. 1242.)

[1] This word is repeated.

carta nostra confirmauimus domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam quartam partem cuiusdam terre que vocatur Cliue totam, scilicet, partem nostram de eadem terra cum omnibus pertinenciis suis que est apud Chistelet inter terram nostram et parum nostrorum que est ex vna parte et mariscum Dionisii de Thaneto et filiorum Ricardi de Marisco que est ex altera parte; tenendam et habendam predictam terram predictis abbati et conuentui libere et quiete in perpetuum. Et nos predicti Geruasius et Auicia vxor sua et heredes nostri defendemus versus curiam de Chistelet de omnibus consuetudinibus et demandis et seruiciis [et] rebus inde annuatim debitis et warantizabimus eandem in perpetuum. Et vt hec donacio et concessio nostra et huius carte nostre confirmacio facta ad Pascha anno domini Henrici regis filii Iohannis xx° sexto firmum robur obtineat presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roborauimus. Hiis testibus, Iohanne filio Terri tunc senescallo, Willelmo de Suthburtun', Willelmo de Vixebech', Adam fratre suo et multis aliis etc.

De quodam marisco apud Cistelet.

Sciant presentes et futuri quod ego Nicholaus filius Ricardi Batswein dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam totam partem meam quam habui in marisco qui vocatur Chesmers que iacet in longitudine iuxta mariscum heredum Thome filii Wlmari qui est versus austrum et mariscum heredum Ysaac de Boytun' qui est versus boream et in latitudine iuxta mariscum qui vocatur Middelmers qui est versus orientem et fugam | que (Folio 256, v°.) tendit de marisco dicti domini abbatis versus Boytune; tenendum et habendum totum predictum mariscum cum omnibus[1] pertinenciis suis libere et quiete in perpetuum dictis domino abbati et conuentui defendendo illum versus curiam sancti Augustini de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et ego Nicholaus Storm filius Ricardi Batswein et[2] heredes mei warantizabimus etc. Et vt hec mea donacio et concessio firma in perpetuum permaneat presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma Merlege, domino Henrico de Sadwico, domino Simone filio suo et multis aliis.

[1] This and the preceding word are repeated.
[2] This word is not in the MS.

Carta Nicholai Storm de vna acra et dimidia.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Nicholai Storm dedi et concessi et hac presenti carta nostra confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam vnam acram et dimidiam terre nostre cum pertinenciis suis que iacent in longitudine inter pratum dicti domini abbatis quod est versus orientem et terram heredum Etardi filii Ricardi que est versus occidentem, in latitudine vero inter terram dicti domini abbatis que est versus austrum et mesuagium Willelmi Brun quod est versus aquilonem ; tenendam et habendam dictam acram et dimidiam cum omnibus pertinenciis suis dictis abbati et conuentui libere et quiete pacifice in perpetuum, ita quod de dicta terra decident vj*d.* et *ob.* qui annuatim curie de Chistelet pro defensione eiusdem terre reddi consueuerunt; et nos predicti Ernoldus et Willelmus et heredes nostri warantizabimus etc. Et vt hec nostra donacio et concessio et huius carte confirmacio facta ad festum sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Henrici filii Iohannis xx° secundo firma in perpetuum permaneat presens scriptum sigillorum nostrorum inpressione roborauimus. Hiis testibus, domino Henrico de Wintreselle, Willelmo de Wixxebeche, Adam fratre suo et multis aliis. (24 June, 1238.)

De quodam prato apud Wesbere.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris et audituris Matildis filia Ade de Stur' salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod cum Adam pater meus aliquando mutuo acceperit ab abbate sancti Augustini Cantuarie quoddam pratum in Wesber' quod vocatur Bedeleker' ad siccandum super illud turbam suam, ego respiciens periculum anime sue imminere | Deum habens pre oculis dictum pratum abbati dicte domus et conuentui pro me et heredibus nostris resignaui et quietum clamaui, ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum in predicto prato quicquam de cetero vendicare poterimus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. (Folio 257, r°.)

De quodam marisco Waltero marescallo dimisso.

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus concessimus et dedimus Waltero mariscallo nostro moram nostram palustrem que iacet inter Westbere et Sturam et circumcingitur hiis quatuor terris, scilicet, Chealdeflet, Cubregge, Walla que (Before 20 Oct. 1212.)

est inter Stur' et ipsam moram et pastura Bedelli de Chistelet, que adiacent ipsi more, et extenditur in longitudine quantum ipsa mora durat inter ipsam moram et solidam terram; tenendam habendam etc. reddendo inde nobis[1] annuatim ij*s*.[2] sterlingorum de gabulo in duobus terminis anni, scilicet, ad festum sancti Michaelis xj. solidos et in media xl^a^ xj. solidos pro omni seruicio, et pro decimis ipsius more ad hospitale sancti Laurencii xij*d*. singulis annis, similiter in festo sancti Michaelis. Eo expresso quod dictus Walterus vel heredes sui nullam habent potestatem ipsam moram fodiendi quo predicti redditus nostri diminui possunt vel inpediri sed nec ipsam moram donacione vel vendicione vel aliquo alienacionis titulo in locum religionis transferre. Et si aliquo casu contigerit predictum Walterum vel heredes suos predictam terram fodere et vel vendere vel inuadiare vel aliquo alio modo alienare ita quod predictus[3] redditus in predictis terminis plenius non soluatur, liceat nobis moram sepedictam libere et sine alicuius contradiccione in manum nostram sicut dominicum nostrum seisire. Et vt nostra donacio firma etc. Hiis testibus, Gilberto fratre abbatis, Henrico le[4] Pestur et multis aliis.

(Folio 257, v^o^.)

Carta Alexandri de Gloucestria de terra sua apud Cistelet.

Sciant presentes et futuri quod ego Alexander de Glouernia dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beato Augustino et abbati et conuentui eiusdem loci in puram et perpetuam elemosinam totam terram meam in Chistelet quam emi de Roberto Le Risse, scilicet, xxv^que^ acras et tres virgatas, similiter et totam terram meam quam emi in eadem villa de Stephano Kiwit et Adam Nigro, scilicet, tres acras, similiter et totam terram quam emi in villa memorata de heredibus Roberti de Fayreport, scilicet, Ricardo et Galfrido, tres acras et vnam virgatam cum mesuagio meo et omnibus edificiis desuper positis et omnibus aliis pertinenciis et iuribus et consuetudinibus sicut in cartis omnium supradictorum super hoc confectis plenius continetur quas eisdem tradidi; tenendas et habendas etc. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, magistro Simone archidiacono Cantuarie, Willelmo Craciani, Iohanne filio Terrici et multis aliis.

[1] This word is repeated.
[2] We should expect xxii*s*.
[3] MS. :—predicti.
[4] MS. :—de.

Carta Willelmi Waleis fratris Alexandri de Glocestria de tota hereditate sua apud Cistelet.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus dictus Walensis frater quondam Alexandri de Glouernia et heres legitimus eiusdem, eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me pro salute anime mee et anime Alexandri fratris mei concessisse et hac presenti carta mea confirmasse domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam et puram et perpetuam elemosinam donum illud quod dictus Alexander fecit eisdem, scilicet, mesuagium vnum in tenemento ipsorum de Chistelet cum domibus superpositis et[1] edificiis et forstall' et omnibus aliis pertinenciis et totam terram illam quam emit de Roberto le Rysse, scilicet, xxv^que^ acras et tres virgatas, et iij. acras et vnam virgatam quas emit de Galfrido et Ricardo filiis Roberti de Fayreport, et tres acras quas emit de Stephano Kiwyt et Ada Nigro sicut carta dicti Alexandri quam eis fecit et carte omnium illorum de quibus dictus Alexander dictas terras emit plenius testantur; tenendum et habendum etc. Et vt dicti Alexandri donacio et mea concessio firma et stabilis maneat in perpetuum presens scriptum sigilli mei inpressione roboraui. Hiis testibus, domino Iohanne filio Terrici, domino Alano de Twitham, Iohanne de Wolt'.

Item, eiusdem Willelmi de tota hereditate sua apud Cistelet et Litleburne.

(Folio 258, r^o^.)

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Walensis frater Alexandri de Glouernia et propinquior heres eiusdem dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et Alexandri quondam fratris mei et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam omnes terras cum edificiis desuper positis, redditibus, paschuis, boscis, homagiis et omnibus aliis pertinenciis suis quas idem Alexander in tenementis prefati abbatis apud Chistelet et apud Litleburne et aliis diuersis locis[2] perquisiuit; que terre cum omnibus pertinenciis suis iure hereditario post decessum dicti Alexandri fratris mei me contingebant vel contingere potuerunt; habendas et tenendas etc. Et ego dictus Willelmus et heredes mei warantizabimus etc. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis

[1] This word is repeated.

[2] In the margin in a later hand :—et Littlebourne et aliis locis.

testibus, Iohanne Terri, Iohanne de Wlton', Iohanne filio suo, Iohanne de Well' et multis aliis.

Carta Iohannis filii Luce.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Luce de Marisco concessi et dimisi et hac presenti carta mea confirmaui Henrico filio Wlstani de Steghele et heredibus suis totam hereditatem meam que me contingit hereditarie post obitum predicti Luce quondam patris mei et omne ius quod habui in eadem hereditate in terra arabili, in marisco, in pratis, in pasturis, in domibus, in arboribus, in redditibus, in exitibus et in omnibus aliis rebus ad eandem hereditatem pertinentibus; tenendum et habendum de me et heredibus meis etc. per duos denarios de forgabulo pacandos annuatim michi et heredibus meis ad festum sancti Michaelis in cimiterio de Chistelet pro omni seruicio et consuetudine, exaccione seculari. Et predictus Henricus filius Wlstani et heredes sui defendent prefatam hereditatem cum omnibus pertinenciis suis de omni seruicio et consuetudine que inde debentur ad curiam domini abbatis sancti Augustini Cantuarie. Et ego predictus Iohannes filius Luce et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem concessione et donacione et warantizacione pariter et presentis carte mee confirmacione predictus Henricus dedit michi prefato Iohanni viij. marcas argenti in gersumam. Hiis testibus, Thoma de Merelee, Adam de Wilmintun, Willelmo filio Salomonis, Etardo filio Wltsani (*sic*) et multis aliis.

(Folio 258, v°.)

Carta Iohannis filii Luce de tota hereditate sua apud Cistelet.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Luce de Chistlet dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in puram et perpetuam elemosinam totam terram que me iure hereditario contingit in villa de Chistelet, in redditibus, in wanagiis, pascuis, pratis et mariscis et aliis pertinenciis; tenendam et habendam etc. Et vt hec mea donacio et concessio firma et stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma de Merelee, Roberto Palmero, Adam seruienti de Chistelet, Walerando de Chiretun' et multis aliis.

Cyrographum nullius valoris.

Hec est conuencio facta inter Henricum filium Wlstani et Iohannem filium Luce, quod idem [1] Henricus vel heredes sui inuenient eidem

[1] MS.:—eisdem.

Iohanni quamdiu vixerit racionabiliter omnia necessaria victus et vestitus pro octo marcis argenti quas predictus Iohannes premanibus pacauit predicto Henrico. Et si predicto Iohanni non placuerit remanere cum prefato Henrico vel cum heredibus ad necessaria victus et vestitus sibi inuenienda, predictus Henricus vel heredes sui reddent annuatim eidem Iohanni quamdiu vixerit pro omni exactione necessariorum victus et vestitus vj. summas ordei, scilicet, ad Pascha, iij. summas, et ad festum sancti Michaelis tres summas, et si predictus Henricus vel heredes sui defecerint in solucione predictorum vj. summarum ordei ad terminos statutos, licebit prefato Iohanni capere in manum suam totam terram cum pertinenciis suis quam predictus Henricus et heredes sui tenent de eodem Iohanne per cartam suam et tenere eam cum omnibus fructibus suis donec predictus Henricus vel heredes sui sex summas ordei persoluerint vel inde satisfecerint. Et sciendum est quod predictus Henricus vel heredes eius dabunt prefato Iohanni ad finem vite sue vel executoribus suis vnam marcam argenti ad testamentum suum exequendum. Hanc conuencionem sine dolo et omni tergiuersacione tenendam ex vtraque parte affidauerunt et mutuis sigillis suis confirmauerunt. Hiis testibus, Thoma de Merile, Adam de Vilmintun, Willelmo filio Salomonis et multis aliis.

Carta Thome Clerici.

(Folio 259, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas Clericus filius Wlmari dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Elwino filio Adgari quinque virgatas terre, que iacent in latitudine inter terram Walteri filii Roberti et terram Amisii filii Normanni et in longitudine inter terram[1] et mariscum abbatis sancti Augustini, et dimidium mesuagium quod fuit Hugonis Clerici in quo continetur vna virgata terre cum omnibus pertinenciis; tenendas et habendas illi et heredibus suis vel cui assignare voluerit de me et heredibus meis in perpetuum, iure hereditario, reddendo michi et heredibus meis singulis annis pro omni seruicio j*d.* in die sancti Michaelis. Et sciendum est quod ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus etc. Et sciendum est quod predictus Elwinus et heredes sui vel ille cui assignauerit defendent prefatas quinque virgatas terre et predictum dimidium mesuagium cum omnibus pertinenciis versus curiam de Chistelet de omni seruicio quod illis appendet. Et pro hac mea donacione et confirmacione dedit michi predictus Elwinus xlvij. solidos et vj*d.* in gersumam. Et vt hec mea donacio et concessio firma et stabilis permaneat eam sigillo meo confirmaui. Hiis testibus,

[1] This word is repeated.

Willelmo Puinant, Adam filio Roberti, Isac de Boytun' et multis aliis.

Item, eiusdem cuius supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas Clericus filius Wlmari de Marisco dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Ricardo persone ecclesie sancti Cuberti de Chistelet duos solidos sterlingorum quos michi debentur de[1] libero redditu in tenemento de Chistelet et iiij^or[2] gallinas, scilicet, decem denarios quos Ricardus filius Iohannis List et viij. denarios quos Reinild soror mea et duas gallinas et vj*d.* quos Elfwinus Kenep michi debent annuatim per tres terminos reddere, scilicet, medietatem denariorum in vigilia Pentecostes et aliam medietatem in die sancti Michaelis et quatuor gallinas in vigilia Natalis Domini, et omnia iura que michi de predicto redditu pertinent et heredibus meis siue pertinere poterunt cum omnibus pertinenciis; tenenda et habenda etc. reddendo michi et heredibus meis annuatim pro omni seruicio et omni consuetudine j*d.* in vigilia sancti Thome apostoli. Et sciendum est quod ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus predicto Ricardo persone et cuicumque | assignare voluerit ij. prefatos solidos et predictas quatuor gallinas et omnia iura que nobis inde pertinent cum omnibus suis pertinenciis contra omnes homines et[3] feminas in perpetuum. Pro hac autem donacione et concessione dedit michi predictus Ricardus persona xxvij. solidos sterlingorum in gersumam. Et vt[4] hec mea concessio et donacio firma et stabilis permaneat eam sigilli mei munimine confirmaui. Hiis testibus, Stephano de Mar', Ysaac de Boitun et filio eius et multis aliis.

(Folio 259, v^o.)

Carta Nicholai de Hopilonde de redditu duarum marcarum.

(6 Jan. 125½.)

Sciant presentes et futuri quod ego Nicholaus de Hopiland' filius Margerie de Hopilande dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et[5] perpetuam elemosinam ij. marcas liberi redditus quas michi annuatim soluere consueuerunt Gilbertus de Beream et Lucia vxor sua de quinta parte terre de Ores de tenemento de Chistelet que me iure hereditario contingebat ex parte Margerie matris mee percipiendas ad duos terminos anni, videlicet, in festo sancti Iohannis Baptiste vnam marcam sterlingorum et in festo sancti Michaelis j. marcam; habendas et tenendas etc. Et

[1] This word is not in the MS.
[2] MS. :—iij^or.
[3] This word is not in the MS.
[4] This word is not in the MS.
[5] This word is not in the MS.

ego predictus Nicholaus et heredes mei warantizabimus et defendemus predictas ij. marcas redditus dictis abbati et conuentui et eorum successoribus etc. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Actum anno Incarnacionis Dominice M° CC° quinquagesimo j° viij° Idus Ianuarii. Hiis testibus, Iohanne de Kemesinge, Hugone de Stok', Adam de Wischebeche et multis aliis.

Carta Willelmi de Hopilonde de marisco D. ouium apud Cistelet.

Sciant presentes et[1] futuri quod ego Willelmus de Hopilond' filius Walteri filii Eudonis de Hopilond' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam et puram et perpetuam elemosinam duos mariscos iacentes | in parochia de Chistelet inter wallam ducentem de Serres ex parte borientali (*sic*) et aquam dictam Sture ex parte australi de quibus vnus mariscus vocatur Chotesmerse et alter vocatur Polre et vnam salinam cum strodis et omnibus aliis ad dictam (*sic*) pertinentibus extra mariscum de Polre; habendos et tenendos dictis abbati et conuentui et eorum successoribus etc. Et ego Willelmus et heredes mei warantizabimus et defendemus duos mariscos predictos et predictam salinam cum strodis et omnibus aliis pertinentibus ad predictam salinam dictis abbati et conuentui et eorum successoribus contra dominos fundi de omnibus rebus contra omnes homines et feminas in perpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo j° Kal' Marcii. Hiis testibus, Iohanne de Kemesinge, Simone de Snade hostiario, Philippo de Clouill', Hugone de Stoke et multis aliis.

(1 Mar. 125½.)

(Folio 260, r°.)

De Cappella apud Hopilande.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Ad noticiam vniuersitatis vestre volumus peruenire nos consideratis causis multis et necessitatibus manifestis concessisse domino Huwardo de Bechele militi ac[2] tenenti nostro quod in capella sua quam habet infra septa manerii sui apud Hopilonde quod de nobis tenet nobis permittentibus[3] constructam faciat diuina [in][4] sua et vxoris sue presencia in vita tantum per suum capellanum proprium quem voluerit officia celebrari; ita tamen quod

[1] This word is not in the MS.
[2] MS. :—hac.
[3] MS. :—pertinentibus.
[4] Not in MS.

per hoc ecclesie nostre de Westberre cuius dictus miles parochianus existit nullum preiudicium in aliquo generetur. Immo dictus miles cum vxore sua et capellano et familia in quatuor festiuitatibus anni solempnibus, scilicet, in Natiuitate Domini, in Purificacione, in Pascha et in festo Omnium Sanctorum dictam ecclesiam personaliter visitabit et ibi Missam audiet et diuina percipiet Sacramenta. Ceteris vero diebus ac temporibus quibus omni integritate et absque vlla diminucione defferentur capellano in eam ministranti tradente.[1] Si autem aliquis prefati militis capellanus aliquo tempore aliquam oblacionem in dicta ecclesia oblatam vel aliquid aliud ad ecclesiam | de Westberr' pertinens retinere ad opus suum presumserit et hoc possit auerti, antequam dictam oblacionem plene reddiderit, in dicta capella minime ab ipso vel altero celebretur, donec super hoc a dicto milite fuerit satisfactum; et ne[2] aliquis sacerdos in dicta capella nomine dicti militis celebraturus contra prescriptam formam venire presumat, antequam ibi celebret corporale prestabit sacramentum quod dictam ecclesiam de Westbere in omnibus seruabit indempnem et illesam. Istam autem concessionem et graciam quam facimus dicto militi ad heredes eiusdem non extendimus, sed post decessum ipsius et vxoris sue volumus finiri; nec eciam concedimus quod in dicta capella aliquo tempore celebretur nisi cum dictus miles aut vxor sua fuerint presentes. Et vt de premissis constet in posterum, presentibus literis vna cum contestacione et sigillo dicti militis sigillum capituli nostri fecimus communiter apponi. Que contestacio[3] talis est, ego Huwardus de Bechele miles et vxor mea tactis sacrosanctis[4] cum iuramento firmiter in Deo promittimus quod ea que in hoc scripto continentur pro viribus firmiter obseruabimus et faciemus a subditis nostris obseruari et nichil aliud iuris quam presentibus annotatum est ex hac concessione aliquo tempore vendicabimus. In cuius rei testimonium ego Huwardus huic scripto sigillum meum apposui.[5]

(Folio 260, v°.)

(Folio 261, v°.)[6]

De domo apud Forwic' super ripam.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Ricardus de Bramford senescallus curie Ecclesie Cristi Cantuarie

[1] Evidently a part of this sentence is missing. It should run somewhat as follows 'Ceteris vero diebus ac temporibus quibus [licet diuina celebrari in dicta capella, oblaciones ad matricem ecclesiam cum] omni integritate etc.'

[2] MS. :—nec.

[3] MS. :—constancio.

[4] MS. :—sacramentis.

[5] In the margin in a later hand :—Hopilonde. Finalem concordiam quere 71 folio.

[6] Folio 261 r° is blank.

eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse in puram et perpetuam elemosinam Roberto abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie quoddam mesuagium in villa de Fordwico situm super ripam aque proxim[um] cymiterio eiusdem ville versus west quod habui et tenui de Reginaldo de Cornhell' filio Reginaldi de Cornhell' per duos solidos annui redditus; tenendum et[1] habendum predictis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie et successoribus suis etc. defendendo predictum mesuagium cum terra ad illud pertinente in omnibus que predictum mesuagium cum pertinenciis suis contingunt versus dominum fundi. Et ego Ricardus et heredes mei warantizabimus predictis abbati et conuentui dictum mesuagium cum pertinenciis suis etc. Et vt hec mea donacio etc. et presentis carte confirmacio firma et stabilis in perpetuum permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Henrico de Wintresille, Willelmo Tessun, Walerando de Cyriton' et multis aliis.

Carta Willelmi filii Willelmi et R. fratris sui de hereditate sua de duabus Burne et Wilrynton et R. reddet l*s*. de Burne et de dimidietate de Wilrinton 1 solidos. (Folio 262, r°.)

Sciant omnes tam preteriti quam presentes quod Willelmus filius Willelmi de Ekintune et R. frater suus dimiserunt hereditatem suam de duabus [villis de][2] Burne et Wilrintun' sicut de gauilekinde in curia sancti Augustini in presencia R. electi eiusdem ecclesie et plurimorum monachorum et laicorum et R. releuauit partem suam in eadem curia. Ipse vero R. de medietate istarum duarum villarum fecit homagium abbati de vilenagio et reddet de Burne gabulum l. solidorum iiij^or^ terminis anni, Dominica, videlicet, Palmarum, xij. solidos et vj*d*., in Natiuitate sancti Iohannis tantumdem et ad festum sancti Michaelis tantumdem, ad festum sancti Thome apostoli totidem, et tantumdem seruicium quantum ad idem vilenagium pertinet faciet similiter de medietate de Wilrintune idem R. eodem modo, et eisdem terminis alios l. solidos reddet cum seruicio. Ego vero R. electus beati Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus hanc partem sue hereditatis presentis carte et sigilli ecclesie nostre testimonio confirmamus. Testibus, etc.

[1] This word is not in the MS.
[2] Not in MS.

Carta Roberti abbatis per quam concedit Radulfo filio Willelmi de Wilrinton quod sequatur curiam suam bis tantum per annum sine summonicione, scilicet, curia proxima post festum sancti Michaelis et proxima post Pascha.

(25 Mar.–28 Oct. 1251.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod cum nos inplacitaremus Radulfum filium Willelmi de Vilrintun' in curia nostra sancti Augustini de sequela eiusdem curie quam exegimus ab eo de curia in curiam pro tenemento suo in Wilrintun' quod tenet de nobis, tandem quia dictus Radulfus recognouit predictam sequelam in plena curia sancti[1] Augustini, ad eiusdem Radulfi et amicorum suorum instantem supplicacionem concessimus eidem Radulfo et heredibus suis quod ipsi amodo sequentur curiam sancti[1] Augustini bis tantum per annum ex debito et sine summonicione, videlicet, curiam proximam post festum sancti Michaelis et curiam proximam post Pascha. Et si forte illis dictis duabus vicibus ad curiam venire neglexerint, tenebuntur nobis ad emendam racionabilem secundum consuetudinem eiusdem curie. Preterea si iudicium aliquod in curia sancti Augustini positum fuerit in[2] respectum pro defectu parum et nos velimus de presencia et consilio dicti Radulfi et heredum suorum (Folio 262, v°.) curiam nostram afforciare, veniet | ipse Radulfus et heredes sui quando in tali casu summoniti fuerint ad curiam nostram sancti Augustini ad efforciandum ipsam curiam bis per annum si necesse fuerit. Ita tamen quod illis duabus vicibus quando summoniti fuerint ad efforciandum curiam nostram non erunt incausati si non venerint, si racionabilem habeant excusacionem. Pro hac autem concessione facta et recordata in curia sancti Augustini[3] dedit nobis predictus Radulfus iiij^or marcas argenti. Actum anno Domini M° cc° lj° et domini regis Henrici tercii xxx° vj°. In cuius rei testimonium huic scripto cyrographato sigillum capituli nostri et sigillum dicti Radulfi altrinsecus sunt apposita.

De sequela curie vt supra.

(Before 28 Oct. 1239.) Omnibus Cristi fidelibus etc. R. Dei gracia abbas sancti Augustini etc. Nouerit vniuersitas vestra quod cum nos inplacitaremus Gilbertum de Vilrintun' in curia nostra etc. verbo ad verbum vt supra. Pro hac autem concessione etc. dedit nobis predictus Gilbertus iiij^or

[1] MS. :—santi. [2] This word is not in the MS.
[3] In the margin in a later hand :—alta curia.

marcas argenti. Actum anno Domini M° CC° XXX° IX domini regis Henrici tercii XX° tercio. In cuius rei testimonium etc.

Cyrographum inter dominum Robertum abbatem et conuentum et Radulfum clericum filium Geruasii clerici de terra de Kenewisburne pro qua reddit xx. solidos per annum. (Folio 263, r°.)

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie salutem. (4 Jan. 1242/3.) Nouerit vniuersitas vestra nos dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilecto nobis in Cristo Radulfo clerico filio Geruasii clerici de Kenewisburne totam terram nostram quam Alexander de Glouernia habuit et tenuit de tenemento nostro in parochia de Breges cum mesuagio, domibus desuper constructis, redditibus, pasturis et omnibus aliis pertinenciis et libertatibus; tenendam et habendam dictam terram cum omnibus suis pertinenciis de nobis et successoribus nostris dicto Radulfo et heredibus suis etc. preter quam domui religionis, reddendo inde nobis annuatim xx. solidos sterlingorum ad iiij^or^ terminos anni, videlicet, ad Natale Domini v. solidos, et ad Pascha v. solidos, et ad festum sancti Iohannis Baptiste v^que^ solidos, et ad festum sancti Michaelis v^que^ solidos in thesauraria nostra Cantuarie pro omnibus seruiciis, consuetudinibus, sectis et demandis temporalibus ad nos et successores nostros pertinentibus. Dictus vero Radulfus et heredes sui vel sui assignati defendent totam predictam terram cum omnibus pertinenciis suis versus dominos fuodi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis, et nos prenominati abbas et conuentus et successores nostri warantizabimus predictam terram cum mesuagio, redditibus et omnibus aliis pertinenciis predicto Radulfo et heredibus suis vel suis assignatis per predictum seruicium in perpetuum. Pro hac autem donacione, concessione et presentis carte nostre confirmacione, warantizacione dedit nobis predictus Radulfus l^ta^ solidos sterlingorum in gersumam. In cuius rei testimonium vni parti istius scripti cyrographati penes dictum Radulfum remanenti sigillum capituli nostri sancti Augustini Cantuarie est appensum, alteri vero parti penes nos remanenti sigillum predicti Radulfi est appositum. Actum anno Domini M° CC° XLIX pridie nonas Ianuarii.

Carta R. abbatis per quam concedit Gileberto de Ho terram que fuit Gode. (Folio 264, r°.)[1]

R. Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem[2] loci conuentus vniuersis sancte matris ecclesie fidelibus perpetuam salutem.

[1] Folio 263 v° is blank. [2] MS.:—eiusdemque.

Nouerit caritas vestra nos concessisse Gileberto de Ho et Cecilie vxori sue totam terram que fuit Gode in alta terra et in marisco cum domibus et edificiis que in ea sunt; tenendam de nobis in vita sua per idem seruicium quod predictus Gilbertus fecit nobis de illa terra in tempore supradicte Gode, ita quod isti Gilbertus et Cecilia scilicet hanc terram non inpedient, sed post mortem istorum reuertetur terra ista libera et quieta in dominium de Menstre.[1] Vnde si contigerit hanc Ceciliam mori antequam Gilbertus obierit, Gilbertus alteram vxorem super terram illam non ducet; nec ipsa Cecilia alterum virum accipiet in illam terram si iste Gilbertus antequam Ceciliam hanc moriatur. Hiis testibus, Rogero Clerico de Nortburne, Elmarco Clerico, Roberto Surreual et multis aliis.

(Folio 265, r°.)[2]

De quadam terra iuxta ecclesiam beati Petri in Sandwico concessa Absaloni.

R. Dei gracia beati Augustini Cantuarie humilis abbas eiusdemque loci conuentus vniuersis sancte matris ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit perpetuam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Absaloni et heredibus suis terram que iacet iuxta ecclesiam beati Petri in Sandwyco in parte septemtrionali et aliam terram que iacet contigua eidem ecclesie in parte occidentali; tenendas de ecclesia nostra iure hereditario, reddendo inde annuatim ecclesie nostre x*s*. viij*d*. in Natali Domini. Hiis testibus, Rogero senescallo, magistro Radulfo de Fordes, Gilberto fratre domini abbatis et multis aliis.

Carta Ade filii Symonis Leuenoth de Sandwico de quodam mesuagio iuxta mesuagium Thome filii Wiberti.

Notum sit vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego Adam filius Symonis Leuenoth de Sandwico dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui quoddam meum mesuagium in Sandwico quod iacet inter mesuagium Thome filii Wiberti et inter mesuagium Egidii filii Wlstani Prudfot et extenditur versus austrum vsque ad viam regiam et versus orientem super ripam maris; tenendum et habendum de me et heredibus meis etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis j*d*. super idem mesuagium infra octabas Pasche pro omni seruicio, consuetudine et exaccione, saluo domini

[1] In the margin in a later hand:—Menstre.
[2] Folio 264 v° is blank.

regis seruicio. Et ego predictus Adam et heredes mei warantizabimus predictum mesuagium predictis abbati et conuentui sancti Augustini etc. Pro hac autem donacione, concessione et warantizacione et in hundredo de Sandwico recordacione dederunt michi prenominati abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus xij. marcas sterlingorum. Et ne mea donacio posterius possit venire in dubium presentem cartam sigilli mei apposicione roboraui. Hiis testibus, domino Henrico milite de Sadwico, Omero de Sandwico, Iohanne de Cliueshende et multis aliis.

De concessione xl. acrarum in marisco quas tenet Iordanus de Serres vnde reddit vij. solidos vj*d*. ad curiam de Chistelet.

(Folio 266, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus dedimus Iordano de Serres et heredibus suis ad gauilikend' xl. acras de marisco nostro pertinente ad manerium nostrum de Chistelet cum pertinenciis suis; tenendas de nobis iure hereditario in perpetuum, reddendo inde nobis annuatim vij. solidos et vj*d*. sterlingorum ad curiam de Chistelet in duobus terminis anni, in Natali Domini iij*s*. et ix*d*., in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste iij. solidos et ix*d*. Et pro hac concessione dedit nobis predictus Iordanus c*s*. sterlingorum de gersume. Vt igitur ista donacio stabilis et firma permaneat sigilli nostri munimine roboraui. Hiis testibus, Henrico de Cobbeham, Galfrido de Stokes, Stephano de Marisco, Philippo de Feierport et multis aliis.

(Before 20 Oct. 1212.)

De xx. acris marisci concessis Lambino de Serres, vnde reddit xv*d*. ad curiam de Chistelet.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus, Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie, et eiusdem loci conuentus dedimus ad gauelikendam Lambino de Serres et heredibus suis viginti acras de marisco nostro pertinente ad manerium nostrum de Chistelet cum pertinenciis suis; tenendas de nobis iure hereditario in perpetuum, reddendo inde nobis singulis annis xv*d*. sterlingorum ad curiam de Chistelet in duobus terminis anni, scilicet, ad Natale Domini vij. denarios et obolum et ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste vij*d*. et *ob*. Et pro hac concessione dedit nobis predictus Lambinus in gersumam sexdesim solidos sterlingorum et octo denarios. Et vt ista donacio stabilis et firma permaneat sigilli nostri munimine roboraui.

(Before 20 Oct. 1212.)

[1] Folio 265 v° is blank.

Hiis testibus, Henrico de Gobbeham[1], Galfrido de Stokes, Stephano de Marisco, Philippo de Feireport et multis aliis.

De xx^ti acris marisci concessis Salomoni de Serres vnde reddit xv*d.* ad prefatam curiam.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus, Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie, et eiusdem loci conuentus dedimus Salomoni de Serres et heredibus suis ad gauelikend' xx. acras de marisco nostro ad Chistelet pertinente cum pertinenciis suis; tenendas de nobis iure hereditario in perpetuum, reddendo inde nobis annuatim xv*d.* sterlingorum ad curiam de Chistelet in duobus terminis anni, in Natale Domini, scilicet, septem denarios et obolum et in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste septem denarios et obolum. Et pro hac concessione dedit nobis predictus Salomon sexdecim solidos | et octo denarios. Vt igitur ista donacio stabilis et firma permaneat sigilli nostri munimine roboraui. Hiis testibus, Henrico de Cobbeham, Galfrido de Stokes, Stephano de Mar', Philippo de Feierport, Godefrido Del et multis aliis.

(Folio 266, v°.)

(Folio 267, r°.)

De Roberto Fabro apud Menstre.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Roberto Fabro Adriani Fabri de Menstre et heredibus suis duo mesuagia cum edificiis desuper positis et cum omnibus pertinenciis suis in villa de Menstre et quatuor acras terre cum pertinenciis suis quas predictus Adrianus de nobis tenere solebat, reddendo inde nobis et successoribus nostris ipse et heredes sui annuatim quatuor solidos sterlingorum, scilicet, in equinoctio autumnali vj*d.*, in festo sancti Martini vj*d.* in Purificacione beate Marie vj*d.* faciendo inde seruicium curie consuetum, scilicet, quod dictus Robertus et heredes emendabunt [et] sustinebunt per totum annum cum fuerit necesse tres cultros sumptibus suis in ferro et in aliis necessariis et tres vomeres cum ferro et calibe nostro et ferrabit[2] tres equos cum ferratura sua quos balliuus manerii ei ad hoc assignare voluerit; habenda et tenenda etc. Et nos dicti abbas et conuentus warantizabimus etc. Pro hac autem donacione et concessione et presentis carte mee confirmacione facta et recordata in curia de Menstre dedit nobis dictus Robertus

[1] *Sic.*

[2] MS. :—ferrebat.

xx. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Iohanne filio Terri, Reginaldo Vicecomite, Waltero Dispensatore et multis aliis.

Carta Alicie de Westfel de quibusdam mesuagiis apud Stanores.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis vel audituris Alicia de Westefeld filia Eylnothi Bedell' soror Rogeri Vitele et Robertus filius Alani Creppe et dicte Alicie de Westefeld eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos remisisse et quietum clamasse abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totum ius et clamium quod habuimus vel aliquo tempore habere potuimus in tenemento et mesuagiis que fuerunt Rogeri Vitele apud Stanore, ita quod nec nos nec aliquis successorum vel heredum nostrorum in dictis mesuagiis aliquid iuris vlterius vendicare poterimus. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, Henrico filio Edwine, Edwardo fratre eius, Waltero Toddi et multis aliis etc.

Cyrographum inter dominum Robertum abbatem et Henricum de Sandwico de capella de Dene in Taneto. (Folio 267, v°.)

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas[1] sancti Augustini Cantuarie et eiusdem conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos ad instanciam domini Henrici militis de Sandwico et ob fauorem specialem quem erga ipsum et propter ipsum erga suos gerimus sibi concessisse quod in manerio suo apud Dene in Taneto possit oratorium construere et in presencia sua et heredum suorum et vxorum suarum in eodem loco per capellanum suum proprium diuina facere celebrari, ita tamen quod capellanus in eorum presencia ibidem pro tempore ministraturus secundum omnem variacionem temporis et persone nobis et ecclesie nostre sacramentum prestabit fidelitatis quod de oblacionibus ibi factis nobis fideliter respondebit et parochiam nostram de Menstre vel capellanum ipsius quantum ad testamenta vel obuenciones personales siue prediales in nullo ledet[2] nec per se nec per alium in magno vel in minimo ledi procurabit sed omnia iura parochialia tam matrici ecclesie de Menstre quam capell*is* ad ipsam spectantibus integra et illibata pro suis iuribus conseruabit. Et si deprehendi aliquo modo possit quod contra premissa venerit dum modo coram nobis iudicialiter super hoc conuictus fuerit vel confessus absque difficultate aliqua per sacristam nostrum inde amouebitur absque omni titulo reclamandi et de iniuria in dampnis, scilicet, quam

[1] The MS. has *et* between *abbas* and *sancti*.

[2] MS. :—ledit.

nobis et ecclesie nostre de Menstre siue capelli*s* ipsius idem capellanus intulerit, dominus ipsius qui pro tempore fuerit absque contradiccione et calumpnia nobis et ecclesie[1] satisfaciet competenter. Qui quidem dominus si forte spiritu contumaci alicuius autoritate contra premissa aliquid attemptare presumpserit dum modo super hoc coram nobis iudicialiter conuictus fuerit vel confessus liberum erit nobis preconcessa reuocare et oratorio memorato subtrahere cantariam et nichilominus de dampnis et iniuriis nobis satisfiet vt est prelocutum. In cuius rei testimonium, presenti scripto cirografato sigillum capituli nostri et sigillum dicti Henrici militis altrinsecus sunt appensa. Valeat vniuersitas vestra semper in Domino.

(Folio 268, v°.)[2]

Carta R. abbatis de quodam marisco concesso ad Gauelikend Asketino de Vgelete et subscriptis hominibus in tenura de Menstre.

R. Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus omnibus ad quos presens scriptum peruenerit perpetuam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos dedisse et concessisse Asketino de Vgelete, Geruasio filio Elwordi, Roberto filio Godesmanni, Alardo fratri eius, Thome filio Hugeloti, Salomoni filio Vibarni, Waltero fratri eius, Wybarno filio Philippi, Thome fratri eius, Teobaldo de Ho, Galfrido carpentario, Iohanni filio Emme, Thome filio Iohannis, Galfrido filio Andree, Willelmo fratri eius, Willelmo Coitere, Galfrido fratri eius, Wlwordo Horn, Thome filio Willelmi, Ricardo Wintrescal, Luce filio Cler', Wluordo filio Gerardi, Geruasio fratri eius, Theobaldo filio Godhese, Iohanni filio Hugonis, Willelmo filio Elfgari, Eilewise filie Willelmi, Henrico de War', Godefrido de War', Felicie filie Eilmeri, Alexandro filio Willelmi, Willelmo filio Emme, Matilde filie Willelmi, Mabilie filie Willelmi, Lefelmo filio Erumburg, Alexandro filio Thome, Eilmero fratri eius, Iohanni filio Iordani, Adelardo filio Willelmi, Osuuordo filio Willelmi, Godhese filio Willelmi, Eaduuordo filio Willelmi, Eadwordo filio Eilrich, Willelmo fratri eius, Godehese filio Clerici, Willelmo filio Galfridi, Hugoni Ruffo, Willelmo Trenchelaz, Suanote filio Eadwordi, Laurencio filio Kempe, Willelmo fratri eius, Philippo Strutelig, Wluatto Blanchard, Hugoni de Heppesfliete, Waltero de Cliuesende, Waltero Coffin, Osbarno filio Wluordi, Godehese fratri eius, Osberto filio Einof et heredibus suis mariscum quem predesessores eorum tenuerunt pro quinque solidis de faldgauel, qui mariscus protenditur

[1] This and the preceding word are crossed through.

[2] Folio 268 r° is blank.

in longum a terra Eadwordi Seder' et sic in directum vsque ad veterem fossam que quondam fuit ductus veteris molendini vsque ad terram de Ho in longitudine et in latitudine a predicta fossa vsque ad solidam terram; tenendum et habendum de nobis et successoribus nostris soluendo inde nobis singulis annis ipsi et heredes sui ad equinoctium autumpnale xiij. solidos et quatuor denarios de gabulo pro omni seruicio. Vt autem hec nostra donacio et concessio firma et stabilis inperpetuum perseueret [etc.].[1] Hiis testibus, Willelmo Pingnat', Iacobo de Hage, Thoma de Dene et multis aliis.

Escambium inter dominum Robertum abbatem et Raginaldum Vicecomitem filium Roob' de Taneto.

(Folio 269, r°.)

(Oct. 1237–Oct. 1238.)

Hoc est escambium factum inter dominum Robertum abbatem sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus ex vna parte et Reginaldum Vicecomitem filium Roob' de Thaneto ex altera, scilicet, quod predictus abbas et conuentus dederunt et concesserunt et hac presenti carta sua confirmauerunt predicto Reginaldo xvij.[2] acras l. et vj. perticatas marisci quarum xij. acre et quarta pars vnius acre et xxx^{ta} et due percate in longitudine et vna percata in latitudine iacent in Ketemerse intra wallam que circuit eundem mariscum, et quatuor acre et tres partes vnius acre et xx^{ti} iiij^{or} percate in longitudine et vna pertica in latitudine iacent in Flemunghope et inter wallas; tenendas, habendas etc., reddendo inde annuatim ille et heredes sui dictis abbati et conuentui et successoribus suis in Purificacione beate Marie ad curiam suam de Menstre duos solidos redditus pro omnibus seruiciis consuetudinibus et demandis temporalibus. Hoc excepto quod dictus Reginaldus et heredes sui facient fossatum inter mariscum dicti abbatis qui vocatur Ketemerse et partem quam de dicto marisco habet, salua eciam dicto abbati et conuentui et successoribus suis walla que est extra Ketemerse ita quod nec dictus Reginaldus nec heredes sui occasione huius escambii in dicta walla quicquam poterunt vendicare. Et predictus Robertus, abbas et conuentus et successores sui warantizabunt dicto Reginaldo et heredibus suis predictum mariscum etc. Predictus eciam Reginaldus dedit et concessit et hoc presenti scripto confirmauit predicto Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui xvij. acras et lvj. percatas marisci qui vocatur Litlehope; tenendas et habendas etc. Et predictus Reginaldus et heredes sui warantizabunt predictis abbati et conuentui predictum mariscum qui vocatur Litlehope etc. Et vt hoc escambium factum anno domini Henrici

[1] The MS. runs straight from *perseueret* to *hiis*.

[2] MS.:—xvj.

filii Iohannis regis xx° secundo etc. huic scripto cyrographato sigilla predictorum abbatis et conuentus sancti Augustini Cantuarie et predicti Reginaldi altrinsecus appensa sunt. Hiis testibus, domino Henrico de Wintreshell', Domino Henrico de Sadwico, domino Waltero de Dene et multis aliis.

(Folio 270, r°.)[1]

Carta Radulfi de la Herne de dimidia virgata et quarta parte vnius virgate terre apud Serres.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus de la Herne dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui dimidiam virgatam et quartam partem vnius virgate terre mee cum pertinenciis in Serres quam emi de Helewisa filia Roberti Lambin que habet in longitudine duodecim perticas et in latitudine duas perticas et dimidiam; extendit vnum capud super viam regiam que ducit a capite orientali vsque ad capud occidentale ville de Serres et iacet inter terram meam que est ex parte orientali et terram Iohannis le Pasur' que est ex parte occidentali; tenendas habendas etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis j*d.* ad festum sancti Michaelis super idem tenementum pro omnibus rebus etc. Et ego predictus Radulfus et heredes mei predictam terram abbati et conuentui warantizabimus et defendemus etc. Et vt hec mea donacio et concessio et huius carte mee confirmacio stabilis in perpetuum permaneat etc. Hiis testibus, Hugone le Lene, Simone de Serres, Willelmo de Sutbertun' et multis aliis.

(Folio 270, v°.)

Cyrographum inter Robertum abbatem et Iohannem de Hupumingham de viij. acris in Litlemunigham unde idem Iohannes reddit xiiij^or^ solidos per annum ad curiam de Nor burne.

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris vel audituris quod hec est conuencio facta inter Robertum abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie ex vna parte et Iohannem filium Willelmi de Vpumunigham ex altera, scilicet, quod dominus abbas et conuentus eiusdem loci dederunt et concesserunt predicto Iohanni octo acras terre iacentes in Litlemunigham per partes diuisas, scilicet, quinque acras que fuerunt Herdemanni et tres que fuerunt de coterria quarum due acre iacent in campo qui vocatur Boclande suth et norht inter mesuagium Hugonis filii Humfridi quod est versus west et terram heredum Hugonis de Cruce que est versus east et vna acra iacet in eodem campo inter terram Hugonis filii Humfridi que est versus

[1] Folio 269 v° is blank.

west et terram heredum Godwini versus east et vna acra iacet in eodem campo inter terram Hugonis filii Humfridi que est versus west et terram Hamonis filii Thome versus east et vna acra iacet biwestetun' west et east inter terram [1] Hugonis filii Humfridi que est versus suth et terram heredum Hugonis de Cruce versus north et vna acra iacet in eodem campo inter terram Walkelin que est versus north et terram heredum Osberti filii Olueri versus suth et vna acra iacet in eodem campo inter terram Ricardi Punchun que est versus suth et terram Walkelin versus north [2]; tenendas habendas etc. reddendo inde domino abbati et conuentui eiusdem loci xiiij^{or} solidos sterlingorum de redditu in curia de Northburne ad duos terminos anni, scilicet, ad festum sancti Michaelis vij. solidos et ad festum sancti Andree vij*s*. Et notandum quod predictus Iohannes et heredes sui sarcliabunt segetes domini abbatis et conuentus sicut pro dimidia terra de coteria et facient pro allec' sicut contingit et sequentur curiam inmanorum, et si contingat wardas facere talagium aut donum abbati dare in brog*is* de Litlemunugham predictus Iohannes et heredes facient sicut illi de Liden. Et vt hec conuencio, donacio et concessio facta a domino abbate et conuentu et stabilis et rata permaneat etc.; quod si aliqua inde vlterius mota fuerit contencio per hoc continuo possit veritas demonstrari. Hiis testibus, Dionisio de Liden, Iohanne de Linden, Lar' fratre suo et multis aliis.

Carta Willelmi Hansard et Aueline vxoris sue de terra de Newesole.

(Folio 271, r^{o}.)

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Hansard assensu et voluntate Aueline vxoris mee dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Iacobo Hansard filio meo pro omagio et seruicio suo quicquid habui vel habere potui in villa de Newesole et Biawesfeld in terris, humagiis, redditibus, releuiis et seruiciis et omnibus pertinenciis suis; habendum et tenendum etc. sed faciendo inde seruicium debitum domino feodi et reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum par cyrothecarum de precio vnius denarii ad Pascha super idem tenementum pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis, saluo seruicio domini regis. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus etc. Et vt hec mea donacio, concessio et carte mee warantizacio stabilis et firma in perpetuum permaneat presens scriptum sigilli mei inpressione roboraui. Hiis testibus, domino Ricardo de Dool, Willelmo de Wil', Iohanne de Sancto Germ' et multis aliis.

[1] This word is not in the MS.

[2] The scribe has forgotten one acre.

Carta Iohannis Hansard de terra de Newesol'.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes Hansard concessi et hac presenti carta mea confirmaui Iacobo Hansard quicquid habet ex dono domini Willelmi Hansard et Aueline vxoris eius in villa de Neweshol' in terris, homagiis, releuiis et seruiciis cum omnibus pertinenciis; habendum et tenendum ipse et heredes sui vel eius assignati libere et quiete pacifice et integre sicut carta predictorum Willelmi et Aueline[1] quam predictus Iacobus inde habet testatur. Et vt hec mea concessio et confirmacio rata et stabilis permaneat huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Ricardo de Dool, Willelmo de Wil', Iohanne de Sancto Geruasio et multis aliis.

Carta Cristine que fuit vxor Willelmi Testard de terra de Newesole.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina que fui vxor Willelmi Testard in viduitate et in legia potestate mea dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Iacobo Hansard filio Willelmi Hansard totam terram meam de Newesole cum homagiis et seruiciis et cum omnibus pertinenciis suis; habendam et tenendam dicto Iacobo et heredibus suis vel | etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel meis assignatis ille et heredes sui vel eius assignati xxx^ta^ solidos ad duos anni terminos, videlicet, ad Natale xv*s.*, in octabis medie xl^e^ xv*s.* pro omni seruicio et demanda. Et ego dicta Cristina et heredes mei vel mei assignati warantizabimus et defendemus etc. Et vt hec mea donacio concessio et carte mee confirmacio stabiles et firme permaneant etc. Hiis testibus, domino Ricardo de Dol, Petro de Pirefitt et multis aliis.

(Folio 271, v^o^.)

Carta Cristine quondam vxoris Willelmi Testard de xxx^ta^ solidis redditus.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina quondam vxor Willelmi Testard dedi et concessi, quietum clamaui et hac presenti carta mea confirmaui Iacobo Hansard xxx^ta^ solidos redditus cum pertinenciis quos michi reddere solebat de parte mea terre de Newesole; habendos et tenendos etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel meis assignatis vnum par cyrotecarum vel vnum denarium ad Pascha pro omni seruicio, consuetudine et demanda. Et ego predicta Cristina et heredes mei warantizabimus etc. Et pro hac donacione, concessione, quieta clamancia predictus Iacobus dedit michi xviij. marcas argenti et vnam

[1] MS. :—Auelini.

robam in gersumam. Hiis testibus, domino Petro de Pirefrichit, Hugone le Dol, Reginaldo Maubant et multis aliis.

Carta Iacobi Hansard de xxx^ta^ solidis redditus in Newesol'.

Sciant presentes et futuri quod ego Iacobus Hansard filius Willelmi Hansard dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui xxx^ta^ solidos liberi redditus mei in Newesole quos michi soluere debuit abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus in liberam et puram et perpetuam elemosinam; habendos et tenendos etc. Et ego predictus Iacobus et heredes mei warantizabimus et defendemus etc. Et vt hec mea donacio et concessio et presentis carte mee confirmacio rata et stabilis in perpetuum perseueret etc. Hiis testibus, Iohanne de Sorne, domino Henrico de Wintresell', Stephano Walensi et multis aliis.

Cyrographum inter Hugonem abbatem et Lifgiuam vxorem Odonis militis de terra que apellatur Sudtune. (Folio 272, r°.)

Convencio que facta est inter abbatem Hugonem de sancto Augustino et Lifgiuam feminam Odonis militis post obitum domini sui de terra illa que apellatur Sudtune quam ipse Odo dederat sibi iure hereditario cum licencia Mathie monachi et tocius capituli sancti Augustini. Qui Mathias habuit magisterium tocius abbacie ex parte regis. Hanc eandem hereditatem reddidit ipsa Deo et sancto Augustino et abbati cum cyrographo suo quod habebat et clamauit illam quietam in perpetuum. Eo tenore dedit sibi abbas c. solidos den*ariorum*. Insuper concessit ei terram suam de Heabham liberam ab omni seruicio omni tempore vite sue preter rectum gabulum et scot regis. Hec omnia facta sunt presentibus hiis testibus, ex parte abbatis fuerunt Muluuardus monachus, Ricardus monachus, Aluredus monachus, Wluricus monachus, Robertus de Chiresi, Radulfus de Cicestre, Willelmus Mukeldune, Odo Dispensator. Ex parte Liofgiue, Aluredus presbiter de Herebaldune, Godiuuinus presbiter de sancto Gregorio et Goduwinus Fremesune et Robertus filius eius etc.

Carta Alexandri abbatis per quam confirmat Rogero Tancr' quandam partem terre et bosci.[1]

Notum sit presentibus et futuris Dei fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Alexander Dei gracia abbas sancti (April, 1218.)

[1] In the margin, in a later hand :—De Bosco de Betesangr' apud Noreburne.

Augustini et eiusdem loci conuentus concessimus et dedimus et presenti carta confirmauimus Rogero Tancr' filio Iohannis de Becleshangr' quandam partem terre mee cum bosco quo vestitur; que, scilicet, iacet a parte meridiana strate publice que ducit de Douoria ad Sandwicum, continentem xxx^{ta} acras et quartam partem vnius acre; tenendam et habendam de nobis sibi et heredibus suis iure hereditario, reddendo inde nobis annuatim xij. solidos et septem denarios de gabulo in media xl^{a} ad curiam nostram de Nortburne pro omni seruicio et consuetudine. Et pro hac concessione et confirmacione nostra dedit nobis predictus Rogerus ix. marcas et xij*d.* sterlingorum in gersumam. Et in huius rei testimonium etc. Actum anno Incarnacionis Dominice M^{o} cc^{o} octauo decimo mense Aprili. Hiis testibus, Stephano de Audintuna, Willelmo de | Ceretona, Roberto de Neireford, Willelmo de Essetesford, Henrico de Sandwico etc.

(Folio 272, v^{o}.)

(Folio 273, r^{o}.)

Carta Leticie filie Euerardi de Wolton' de iiij^{r} acris terre benorgateswell'.

Sciant presentes et futuri quod ego Leticia filia Euerardi de Wolton' et Ricardus Atteberghe maritus meus et Euerardus filius noster dedimus et concessimus Waltero filio meo et Ricardo fratri predicti Euerardi iiij^{or} acras terre nostre que iacent benorthegatewell' supra curtillum Edwardi atte Wodeteghe; tenendas et habendas etc. reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris x*d.*, scilicet ad festum sancti Michaelis v*d.* et ad mediam xl^{am} v*d.* Et vt hec nostra donacio etc. Hiis testibus, Ricardo de Garewinton, Iohanne capellano, Radulfo molendinario etc.

Carta Euerardi de Wolton' de j. acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Euerardus de Wolton' filius Ricardi dedi et concessi et hac presenti etc. Waltero fratri meo et heredibus suis vnam acram terre mee que iacet versus norht de curtillo meo iuxta terram Eadmeri Putsel de longo inter west et east; tenendam et habendam etc. reddendo inde etc. ad festum sancti Michaelis vj*d.* et ad Natale Domini iij. gallinas. Et ego Euerardus warantizabo etc. Hiis testibus, Iohanne de Medecrofte, Eylwino Painoc, Edwordo de Wolton' etc.

Carta Basilie filie Euerardi de Wolton[1] de uno mesuagio.

Sciant presentes et futuri quod ego Basilia filia Euerardi de Woxeton' dedi et concessi etc. Ade filio Radulfi vnum mesuagium

[1] Apparently an error for *Woxeton.*

cum domo superedificata cum omnibus pertinenciis quod iacet inter mesuagium heredum Godeholte fil' Euerardi versus orientem et mesuagium Alexandri de Gloucestre versus occidentem et stratam de Woxeton' versus austrum et terram Rogeri filii Wlurici versus aquilonem; tenendum et habendum etc., reddendo inde vnum obolum ad festum sancti Martini pro omnibus seruiciis. Et ego predicta Basilia warantizabo etc. Hiis testibus, Iohanne de la Tehge, Roberto de Breml'.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Galfridi de Thellebreg' dedi etc. Willelmo mercatori et Roberto fratri suo de Thellebregge et cuicumque voluerint assignare excepta domo religionis vnam acram terre mee cum pertinenciis suis que est inter terram[1] predictorum Willelmi et Roberti que est versus occidentem et terram filiorum | Euerardi que est versus orientem et regiam stratam (Folio 273, v°.) que est versus austrum et antiquum pratum quod est versus boream; tenendam et habendam etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ij*d.* ad mediam xl^am^ pro omnibus seruiciis consuetudinibus etc. Et ego predictus Willelmus warantizabo etc. Pro hac autem donacione etc. dederunt michi predicti Willelmus et Robertus xviij. solidos. Hiis testibus, Roberto de Tremfeud, Willelmo Kokyn, Iohanne de Cliueshend etc.

Carta Heylewise filie Euerardi de Thelebreg' de vna acra et dimidia terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Heylewisa filia Euerardi de Thelebreg' dedi et concessi etc. Willelmo et Roberto mercatoribus filiis Simonis de Thelebreg' vnam acram et dimidiam terre mee cum omnibus pertinenciis vnde vna acra iacet super Morewelldon' inter terram Alexandri de Dunham que est versus norht et terram Heyliue sororis mee que est versus suht et stratam regiam que est versus east et dimidia acra iacet inter terram predicte Heyliue que est versus norht et terram meam que est versus suht; tenendas et habendas etc. defendendo totam predictam terram versus curiam de Litleburn' de omnibus seruiciis inde annuatim debitis, reddendo michi et heredibus meis annuatim ad festum sancti Michaelis ij*d.* Et ego Helewisa et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem donacione etc. dederunt michi predicti Willelmus et Robertus x. solidos etc. Hiis testibus, Roberto de Tremfel, Willelmo Kokyn, Iohanne[2] de Cliueshend etc.

[1] This word is not in the MS.

[2] MS. :—Iohannes.

Carta Eluue filie Euerardi de vna acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Elueua filia Euerardi dedi et concessi etc. Willelmo et Roberto filiis Simonis de Thelebregg' vnam acram terre mee cum pertinenciis et terciam partem vnius mesuagii quod fuit Euerardi patris mei que acra iacet inter terram Heyliue sororis mee que est versus suth et terram Scotland' et Ade filii Willelmi que est versus norht; tenendas et habendas etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ad festum sancti Michaelis vnum denarium pro omnibus seruiciis | et defendendo predictum terram cum mesuagio versus curiam de Litleburn'. Et ego Heluiua et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem donacione etc. dederunt michi predicti Willelmus et Robertus viij. solidos etc. Testibus, Simone et Willelmo de Stodmerse, Gerardo de Pucleston' etc.

(Folio 274, r°.)

Carta Nigelli et Godeleue de ij. acris terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus filius Nigelli et ego Goldeua filia Eylwordi vxor mea dedimus et concessimus Willelmo et Roberto filiis Simonis ij. acras terre nostre cum pertinenciis que iacent in longum versus suth et norht inter terram Hamonis filii Galfridi que est versus east et terram Osberni filii Galfridi que est versus west; tenendas et habendas etc. reddendo inde ix*d.* ad mediam xl^am^; et ego predictus Petrus et Goldeua vxor mea et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem donacione dederunt nobis predicti Willelmus et Robertus xviij. solidos vj*d.* etc. Hiis testibus, Simone et Willelmo de Stodmerse, Adam de Thelebregg' etc.

Carta Godeleue filii Eylwardi de Thelebregg' de ij. acris terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Goldeua filia Eylwardi de Thelebregg' dedi et concessi Willelmo et Roberto de Theleb' et heredibus suis et cuicumque etc. duas acras terre que iacent inter terram Henrici filii Galfridi que est versus occidentem et terram predictorum Willelmi et Roberti que est versus orientem et regiam stratam que est versus austrum et terram Henrici filii Galfridi que est versus aquilonem; tenendas et habendas predicto Willelmo et Roberto et heredibus eorum et quibuscumque voluerint assignare iure hereditario in perpetuum de me et heredibus meis reddendo inde annuatim michi et heredibus meis in vigilia medie xl^e^ super eandem terram ix*d.* sterlingorum pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis temporalibus, saluo seruicio domini regis. Et ego Goldiua

et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem donacione etc. dederunt michi predicti Willelmus et Robertus xxvj. solidos sterlingorum et vnam summam bladi, scilicet, mixtilionis. Hiis testibus, Roberto de Tremfel', Willelmo Kokyn, Gilleberto camerario etc.

Carta Stephani filii Galfridi de tota hereditate sua in Thelebreg'.

(Folio 274, v°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Stephanus filius Galfridi de Thelebregg' dedi et concessi et hac presenti carta etc. Willelmo mercatori et Roberto fratri suo totam hereditatem meam quam habui apud Thelebregg', scilicet, ex parte Osberti fratris mei et ex parte Hamonis fratris mei et dimidiam acram et dimidiam perticatam quam habui ex parte patris mei in hereditate cum pertinenciis, scilicet, in campis, in nemoribus, in pratis, scilicet, omnimodam et propriam partem meam quam michi acciderat apud Thelebregg'; tenendas et habendas de me etc. reddendo inde annuatim illi et heredes sui michi et heredibus meis v. solidos sterlingorum in forgabulo ad duos terminos anni, scilicet, in vigilia Pentecostes xxx*d.* et in die sancti Michaelis xxx*d.* super predictum tenementum pacandos, scilicet, ad acram iuxta mansionem Ade filii Willelmi versus east que tendit ad vicum pro omni seruicio etc. ita quod predicti[1] Willelmus et Robertus defendent predictum tenementum versus curiam domini abbatis. Et ego predictus Stephanus et heredes warantizabimus et defendemus totum predictum tenementum cum pertinenciis predicto Willelmo mercatori et predicto Roberto fratri suo et heredibus suis contra omnes etc. Pro hac autem etc. dederunt michi predicti Willelmus et Robertus v. marcas et v. solidos sterlingorum. Hiis testibus, Roberto de Tremfeld, Gileberto tunc balliuo de Litleburn', Hugone filio Derling' etc.

Carta Cristine filie Euerardi de Wxestune de tota hereditate sua ibidem.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina filia Euerardi de Wxestune dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Anselmo filio Willelmi Walois totam hereditatem meam, scilicet, domum et ortum et omne edificium super eandem hereditatem edificatum et omnem redditum spectantem ad predictam hereditatem; habendam et tenendam etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis in die sancti Thome apostoli ante Natale iij*d.* Et ego Cristina et heredes mei warantizabimus etc. Pro hoc dono etc. dedit

[1] MS.:—predictus.

michi predictus Anselmus xxxij. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Laurencio de Well', Iohanne filio suo, Iohanne de Litleburn et multis aliis.

(Folio 275, r°.)

Carta Anselmi Walensis etc. de quadam terra in Woxeston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Anselmus Walensis et ego Heylewisa filia Euerardi de Woksistun' vxor eiusdem et ego Herlewinus coopertor et ego Godehulta filia predicti Euerardi vxor eiusdem et ego Basilia et ego Cristina filie predicti Euerardi vendidimus et presenti carta nostra confirmauimus Alexandro de Gloucest' et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit quandam partem terre nostre cum pertinenciis in Woksistun' que iacet inter terram que fuit predicti Anselmi versus norht et stratam versus suth et terram que fuit Willelmi de Tegha versus west et habet in longitudine sua versus east sex perticatas et x. pedes et in alio capite versus west vij. perticatas et dimidiam et in latitudine sua in capite versus norht v. perticatas et xiiij. pedes, et in capite suo versus suth super stratam quinque perticatas et x. pedes; tenendam et habendam de nobis etc., reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris iiij*d.* ad mediam xl. pro omni seruicio seculari, omni occasione remota. Et nos predicti Anselmus, Heylewisa, Herlewinus, Godehulta, Basilia et Cristina et heredes nostri warantizabimus et defendemus totam predictam terram[1] cum pertinenciis etc. Pro hac autem donacione, vendicione etc. dedit nobis predictus Alexander xvij. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Willelmo Kokyno, Iohanne filio Bernardi, Henrico de Langebrigg' et multis aliis.

Carta Anselmi Walensis de vna acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Anselmus filius Willelmi Gualensis dedi et concessi etc. Alexandro de Gloucestria vnam acram terre cum pertinenciis quam emi de Cristina filia Euerardi, vnde dimidia acra iacet inter terram Iohannis de Longebregg' et terram Gilberti Carpentarii et dimidia acra iacet inter terram Herlewini de Woxeston' et terram meam, simul et dimidiam acram terre cum pertinenciis quam emi de Basilia filia predicti Euerardi, que iacet inter terram predicti Alexandri et terram Alexandri de Dunham et terram predicte Basilie et terram Willelmi et Iohannis de Tega; tenendas et habendas predicto Alexandro etc., defendendo totam predictam | terram versus dominos feodi de omnibus seruiciis, et

(Folio 275, v°.)

[1] This and the preceding word are repeated.

reddendo inde annuatim michi et heredibus meis iij*d.* de forgabulo in vigilia sancti Thome apostoli pro omni seruicio. Et ego Anselmus predictus et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac donacione etc. dedit michi predictus Alexander lx[a] solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Roberto Palmero tunc balliuo de Litleburn', Iohanne de Litleburn, Radulfo fratre suo et multis aliis.

Carta Basilie filie Euerardi de dimidia acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Basilia filia Ewardi concessi etc. Alexandro de Gloucestria totam illam donacionem et vendicionem quam eidem Alexandro fecit Anselmus filius Willelmi Gualensis de dimidia acra terre cum pertinenciis que iacet inter terram predicti Alexandri et terram Alexandri de Dunham et terram Willelmi et Iohannis de Tegha et terram meam; tenendam et habendam predicto Alexandro etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum denarium de forgabulo in vigilia sancti Thome apostoli pro omni seruicio etc. Et ego Basilia predicta et heredes mei warantizabimus etc. Et vt hec mea confirmacio etc. Hiis testibus, Roberto Palmero tunc balliuo de Litleburn', Iohanne filio Terrici, Alexandro de Dunham et multis aliis.

Carta Emme filie Roberti de Molendino de v. acris terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Emma filia Roberti de Molendino dedi et concessi etc. Alexandro de Glouernia quinque acras terre mee cum pertinenciis suis, iacentes inter terram meam que est versus suth et terram Yuonis de Molendino que est versus west et regiam stratam que est versus norht; habendas et tenendas sibi etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis xxv. denarios, videlicet, ad festum sancti Michaelis xij*d.* et obolum et ad mediam quadragesimam xij. denarios et obolum pro omni seruicio etc. Et ego Emma et heredes mei warantizabimus et defendemus predictam terram cum pertinenciis etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Alexander viij. libras et xv. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Willelmo Graciani, Alexandro capellano, Willelmo Kokyn etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Herlewinus coopertor de Woxiston' et ego Godeholta vxor eiusdem dedimus et concessimus etc. Alexandro de Gloucest' et heredibus etc. dimidiam acram | terre nostre (Folio 276, r°.)
cum pertinenciis que iacet inter terram predicti Alexandri versus

east et terram Henrici filii Rogeri molendinarii versus west et Tegham versus norht et mesuagium nostrum versus suht; tenendam et habendam etc. Et predictus Alexander defendet predictam terram contra dominos feodi reddendo eis de terra predicta annuatim sex denarios pro omni seruicio. Et ego Herlewinus et Godeholta et heredes nostri defendemus predictam terram contra dominos feodi de omnibus seruiciis etc. Et ipse Alexander et heredes sui reddent nobis et heredibus nostris vnum denarium de forgabulo ad festum sancti Michaelis. Pro hac autem donacione etc. dedit nobis predictus Alexander xviij. solidos. Testibus, Roberto Palmero, Alexandro de Dunham, Yuone de Molendino etc.

Carta Basilie filie Euerardi de Woxiston' de quadam parte mesuagii in Woxiston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Basilia filia Euerardi de Wxiston' dedi et concessi etc. Alexandro de Gloucestria quamdam partem mesuagii mei in Wxiston' que iacet inter terram eiusdem Alexandri que est versus west et terram meam versus east, et habet in longitudine inter terram meam et terram eiusdem Alexandri iiij^{xx}. et iij. pedes et extendit sic[1] in latitudine a strata que est versus suth vsque ad terram Radulfi de Wycham que est versus norht; tenendam et habendam etc. reddendo etc. ij*d.* ad mediam xl^{am} pro omnibus seruiciis. Et ego Basilia warantizabo etc. Pro hac donacione etc. dedit michi predictus Alexander dimidiam marcam etc. Testibus R. Palmer, W. Kokyn etc.

Carta Willelmi filii Galfridi de Telebreg de ij. acris et dimidia.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Galfridi de Telebregg' dedi etc. Alexandro de Gloucestria et heredibus etc. duas acras et dimidiam terre mee cum pertinenciis que iacent in campis qui appellantur viij. acre, sicut posite determinant mete; tenendas et habendas etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis xij*d.* sabbato ante mediam xl^{am} ad domum ipsius Alexandri in Wxiston' pro omni seruicio. Et ego Willelmus et heredes mei warantizabimus pariter et defendemus predictas ij. acras etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Alexander xl^{a} solidos in gersumam. Et vt hec mea donacio etc. Testibus Willelmo Kokyn, Iohanne filio Bernardi, Ada de Telebregg' et multis aliis.

[1] s^{c} (se?).

Carta Goldthiue filie Elwordi de Telebreg' de toto iure quod habuit vel habere potuit in terra Willelmi mercatoris et Roberti fratris sui. (Folio 276, v°.)

Notum sit omnibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Goldthiua filia Elwordi de Telebregg' libere concessi et quietumclamaui Alexandro de Gloucestria totum ius quod habui vel habere potui in aliquibus temporibus in terra Willelmi mercatoris et Roberti fratris sui qui fuerunt filii Simonis de Telebregg', scilicet, in terra arabili, in pratis, pascuis, siluis, viis, semitis, releuiis, redditibus, domibus, et in omnibus aliis rebus terrenis super baroniam domini abbatis sancti Augustini Cantuarie in villa de Thelebreg'; tenendum et habendum omnia predicta predicto Alexandro et heredibus etc.; et predictus Alexander defendet totam predictam terram cum omnibus aliis pertinenciis contra dominos feodi de omnibus seruiciis eis annuatim debitis. Pro hac autem concessione, dimissione et quietaclamacione mea facta pro me et heredibus meis de predicta terra predicto Alexandro predictus Alexander dimisit predicte Goldthiue vnam acram et duas partes vnius acre in campo de Heytacre et heredibus suis. In huius rei testimonium presentibus literis sigillum meum apposui et hanc conuencionem sine dolo tenendam affidaui. Hiis testibus, Alexandro de Dunham, Iohanne de Litleburn, Willelmo de Telebreg' et multis aliis.

Carta Roberti et Scotlond' vt supra.

Notum sit omnibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Robertus et ego Scotland filii Eldredi de Telebreg' confirmauimus etc. Alexandro de Glocestria totum ius quod habuimus vel habere potuimus in terra Willelmi mercatoris et Roberti fratris sui etc., scilicet, in terra lucrabili, in pratis, in pascuis, in siluis, in viis, in redditibus, in domibus, in omnibus aliis rebus terrenis super baroniam domini abbatis sancti Augustini Cantuarie in tenemento de Litleburn in villa de Telebregg'; tenendum et habendum omnia predicta predicto Alexandro etc. Et predictus Alexander defendet omnia predicta contra dominos feodi. Pro hac autem concessione et dimissione et quietaclamacione nostra pro nobis et heredibus nostris dedit nobis predictus Alexander x. solidos sterlingorum. Et in huius rei testimonium etc., et hanc conuencionem sine dolo tenendam fide mediante affidauimus. Hiis testibus, Roberto Palmero, Alexandro de Dunham. Iohanne de Litleburn' et multis aliis.

(Folio 277, r°.)

Carta Basilie filie Euerardi de Wxiston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Basilia filia Euerardi de Woxistun' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Alexandro de Gloucestria xxx^ta^ et vnam virgatas terre cum pertinenciis suis que iacent ex parte curie dicti Alexandri que est versus west et terram[1] dicti Alexandri que est versus east et terram Rogeri Molendinarii que est versus north et stratam que tendit per mediam Woxistun' que est versus suth; tenendas et habendas predicto Alexandro vel cui eas assignare voluerit libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, reddendo inde michi annuatim et heredibus meis j*d.* ad mediam xl^am^ de forgabulo pro omni seruicio, consuetudine et demanda seculari. Et ego predictus Alexander vel eius assignati defendent predictam terram contra dominos feodi de omnibus seruiciis que ad eos pertinent per annum. Et ego Basilia et heredes mei warantizabimus predicto Alexandro vel eius assignatis predictam terram cum pertinenciis suis contra omnes homines et feminas [pro][2] predicto seruicio imperpetuum. Pro hac autem donacione et warantizacione et sigilli mei roboracione dedit michi predictus Alexander xx*s.* sterlingorum premanibus in gersumam. Hiis testibus, Roberto Palmere tunc balliuo de Litleburne, I. de Litleburne, Ancellmo de Voxistun' et multis aliis.

Carta prefate Basilie de dimidia acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Basilia filia Ewardi de Woxiston' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Alexandro de Glocestria dimidiam acram terre mee cum pertinenciis que iacet inter terram predicti Alexandri versus west et terram Radulfi del Broch versus east et Tegam versus north et mesuagium predicti Alexandri versus suth; tenendam et habendam de me[3] et heredibus meis ille et heredes sui vel quibus assignare voluerit, libere et quiete, iure hereditario in perpetuum. Et Alexander predictus defendet totam predictam terram cum pertinenciis contra dominos feodi, reddendo eis de terra predicta singulis annis vj*d.* pro omni seruicio seculari. Et ego Basilia prenominata et heredes mei defendent predictam terram contra dominos feodi de omnibus aliis seruiciis inde annuatim; et Alexander predictus et heredes sui reddent[4] michi Basilie et heredibus meis de terra predicta annuatim j*d.* de forgabulo ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio seculari, omni occasione remota; et ego Basilia et heredes mei warantizabimus totam predictam terram cum pertinenciis

[1] As though *inter* had preceded. [2] Not in MS.
[3] This and the preceding word are repeated.
[4] MS. :—reddet.

predicto Alexandro vel cuicumque assignare voluerit contra omnes homines et feminas in perpetuum per predictum seruicium. Pro hac autem donacione et warantizacione mea facta et recordata in curia predicti Alexandri apud Voxstune et sigillo meo firmiter munita dedit michi predictus Alexander xviij. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Roberto Palmero tunc balliuo de Litleburna, Iohanne de Litleburna, Bartholomeo de Newenham et multis aliis.

Carta Iohannis Cuherd et Elueue vxoris sue de vna acra terre et vno mesuagio in Telebreg'. (Folio 277, v°.)

Sciant etc. quod ego Iohannes le Cuherd et ego Elueua vxor eiusdem dedimus etc. Alexandro de Gloucestria vnam acram terre nostre et vnum mesuagium cum pertinenciis suis; similiter concedimus eidem Alexandro totum ius et totam hereditatem que nobis aliquo modo poterit accidere in villa de Thelebreg'; et sciendum quod predicta acra iacet versus norht terre sororum predicte Elueue et mesuagium iacet medio inter mesuagia sororum predicte Elueue; tenenda et habenda etc.; reddendo inde nobis etc. vnum denarium per annum de forgabulo in die sancti Michaelis ad hostium ecclesie sancti Augustini in suburbio ciuitatis Cantuarie. Et predictus Alexander et heredes sui defendent predictam terram contra dominos feodi etc. Et ego Iohannes et Elueua warantizabimus predicto Alexandro et heredibus suis vel eius attornatis predictam terram et mesuagium etc. Pro hac etc. dedit nobis predictus Alexander ij. marcas etc. Testibus, Roberto Palmero, Willelmo Kokyn, Iohanne de Litleburn etc.

Carta Iohannis Cuppere de iij. virgatis terre.

Sciant etc. quod ego Iohannes le Cupere de Woxiston' dedi etc. Alexandro de Glouernia tres virgatas terre mee cum pertinenciis que iacent inter terram Thome de Woxiston' et terram Rogeri filii Wolfricii de Woxiston' versus suth et terram predicti Iohannis versus norht; tenendas et habendas etc.; et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus pariter et defendemus predictas iij. virgatas cum pertinenciis predicto Alexandro etc. contra omnes homines etc. et contra dominos feodi de omni seruicio etc.; et predictus Alexander dabit predicto Iohanni et heredibus suis quolibet anno ix*d.* ad mediam xl^am^ et j*d.* de forgabulo pro omni seruicio etc. Pro hac etc. dedit michi predictus Alexander xx. solidos premanibus in gersumam. Testibus Roberto Palmero, Iohanne de Litleburn', Yuone de Molendino et pluribus aliis.

Carta Iohannis Cuppere de j. acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes le Cupere de Woxiston' dedi etc. Alexandro de Gloucestria vnam acram terre mee cum omnibus pertinenciis suis que iacet inter terram Thome de Woxiston' et terram Rogeri filii Wolfricii de Woxiston' que est versus suht et stratam per quam itur de Woxiston' versus Litleburn' que est ex parte norht; tenendam et habendam etc.; | et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus pariter et defendemus predictam acram terre predicto Alexandro etc. contra omnes homines etc. et contra dominos feodi de omni seruicio etc.; et ego predictus Alexander et heredes mei dabimus predicto Iohanni et heredibus suis in quolibet anno xiiij*d.* ad mediam xl[am] pro omni seruicio. Pro hac autem etc. dedit michi predictus Alexander xl. solidos. Testibus, Iohanne de Wolton', Yuone de Molendino, Iohanne de Litleburn' etc.

(Folio 278, r°.)

Carta Eugenie relicte Iohannis Cuppere de j. acra terre.

Sciant etc. quod ego Eugenia relicta Iohannis Cupere de Woxiston' dimisi et concessi et hac etc. quietumclamaui domino Alexandro de Glouernia totum illud ius meum quod habui vel aliquo tempore habere potui in vna acra terre que iacet inter terram Rogeri et terram filiorum Thome versus suth et stratam de Woxiston' que est versus norht; tenendum et habendum sibi et heredibus suis absque omni seruicio et exaccione seculari, saluo vno bussello ordei quem predictus Alexander vel sui assignati michi soluent annuatim quoad vixero. Ego vero dictam concessionem et quietamclamacionem securam et firmam volens permanere, ipsam pro me et pro heredibus meis sub pena xl. solidorum obseruare affidaui et ad maiorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Testibus, Ada Sacerdote, Willelmo Kokyn, Willelmo Walensi, etc.

Carta Willelmi filii Anselmi de tota hereditate sua in Woxiston'.

Sciant etc. quod ego Willelmus filius Anselmi de Woxiston' dedi etc. Alexandro de Gloucestria totam hereditatem meam que michi accidit ex parte matris mee apud Woxiston', scilicet, vnum mesuagium quod iacet inter mesuagium Basilie filie Euerardi et mesuagium Herlewini coopertoris et Godeholte vxoris sue, et ix. pedes terre in latitudine et xxx[ta]ij. perticatas in longitudine qui iacent inter terram Iohannis de Teye versus west et terram predicti Alexandri versus east; tenenda et habenda etc., defendendo predictum mesuagium et

predictam terram versus dominos feodi de omnibus seruiciis etc., et reddendo inde michi annuatim et heredibus meis vnum obolum de forgabulo ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio etc. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predictum mesuagium etc. predicto Alexandro etc. Pro hac donacione etc. dedit michi predictus Alexander xv. solidos. Testibus, Roberto Palmero, Iohanne de Litleburn', Iohanne de Thegha etc.

Carta Alani filii Anselmi Walensis de dimidia acra terre. (Folio 278, v°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Alanus filius Anselmi Walensis de Woxiston' dedi etc. Alexandro de Gloucestria totam hereditatem meam que michi accidit ex parte matris mee apud Woxiston, scilicet, dimidiam acram terre cum pertinenciis que iacet inter terram Iohannis fratris mei versus west et inter terram Rogeri Molendinarii versus east et vna extremitas tendit vsque in curiam Anselmi patris mei et alia extremitas extendit vsque ad Tegam; tenendam et habendam predicto Alexandro etc., defendendo predictam terram cum pertinenciis versus dominos feodi de omnibus seruiciis etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus vnum obolum de forgabulo ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio etc. Et ego predictus Alanus et heredes mei warantizabimus predictam terram etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Alexander xv. solidos. Testibus, Roberto Palmero, Iohanne de Litleburn, Iohanne Tegha etc.

Carta filii Anselmi Walensis de dimidia acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Anselmi Walensis de Woxiston' dedi etc. Alexandro de Gloucestria totam hereditatem meam que michi accidit ex parte matris mee apud Woxiston', scilicet, dimidiam acram terre cum pertinenciis que iacet inter terram Alani fratris mei versus east et terram predicti Alexandri versus west et vna extremitas tendit vsque in curiam patris mei versus suth et altera extremitas vsque in Tegham; tenendam et habendam predicto Alexandro etc., defendendo predictam terram cum pertinenciis versus dominos feodi de omnibus seruiciis, reddendo inde michi et heredibus [meis][1] vnum obolum de forgabulo ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio etc. Et ego predictus Iohannes et heredes warantizabimus predictam terram cum pertinenciis predicto Alexandro et cuicumque assignare etc. contra omnes homines et

[1] Not in MS.

feminas. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Alexander xv. solidos. Hiis testibus, Roberto Palmero, Iohanne de Litleburn', Iohanne de Tega etc.

Carta Radulfi filii Eyldrihc' et Iuliane de quadam parte terre in Wxiston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus filius Eyldric' del Brok et ego Iuliana filia Eyldredi de Woxiston vxor eiusdem dedimus et concessimus Alexandro de Gloucestria et heredibus | suis etc. quandam partem terre nostre in Woxiston' que continet in longitudine sua inter terram eiusdem Alexandri que est versus west et terram Rogeri Molendinarii versus east quinque perticatas et habet in latitudine sua inter terram eiusdem Alexandri versus suht et terram nostram versus norht duas perticatas; tenendam et habendam de nobis etc., reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris vnum denarium ad mediam xl^{am} pro omnibus seruiciis etc. Et nos predicti Radulfus et Iuliana et heredes nostri warantizabimus pariter et defendemus predictam partem terre predicto Alexandro etc. Pro hac etc. dedit nobis predictus Alexander ij. solidos et vj*d.* Et vt hec nostra donacio etc. Hiis testibus, Roberto Palmero, Yuone de Molendino, Iohanne de Cliueshend' etc.

(Folio 279, r°.)

Carta Cristine filie Ewardi de Wxiston' de iij. denariis redditus.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina filia Ewardi de Wxiston' dedi etc. Gileberto filio Iohannis de Litleburn' et heredibus suis etc. tres denarios liberi redditus, recipiendos de Anselmo de Wxeston' ad festum sancti Thome apostoli quod michi solebat annuatim reddere; tenendos et habendos etc. Et ego Cristina et heredes mei warantizabimus et defendemus predictum redditum predicto Gileberto et heredibus suis contra etc. Pro hac autem donacione et confirmacione et warantizacione mea facta et recordata in curia domini Iohannis de Welles' et sigillo etc. dedit michi predictus Gilebertus xxviij*d.* in gersumam. Hiis testibus, Iohanne de Welles, Thoma filio Iohannis de Welles, Iohanne de Wingat' etc.

Carta Gileberti filii Iohannis de Litleburne de iij. denariis redditus.

Sciant etc. quod ego Gilebertus filius Iohannis de Litleburn' concessi et resignaui et de me et de heredibus meis inperpetuum

[quietum][1] clammaui Alexandro de Glouernia tres denarios liberi redditus mei cum suis pertinenciis quos michi annuatim reddere consueuit Cristina filia Euerardi ad festum sancti Thome apostoli per cartam suam, quos denarios idem Alexander michi annuatim reddere consueuit ad eundem terminum; renunciando omni iuri reclamacionis donacionis[2] ita quod ego nec heredes mei in predictis tribus | denariis nichil iuris aut proprietatis vlterius calumpniare (Folio 279, v°.) poterimus nec debemus. Pro hac autem mea resignacione etc. dedit michi predictus Alexander ij. solidos sterlingorum. Testibus, Willelmo de Cukefeld, Radulfo pistore, Iohanne de Tegha etc.

Carta Aluredi de Welle de xvij*d.* redditus.

Sciant presentes et futuri quod ego Aluredus de Welle filius Iohannis de Well' dedi etc. Alexandro de Glouernia et Willelmo Graciani et heredibus eorum siue illis quibus eos assignauerint xvij*d.* liberi redditus mei cum omnibus pertinenciis et iij. gallos quos Radulfus del Broke annuatim michi reddere solebat ad mediam xl^am^ de vna acra terre et vno purprisio[3] in parochia de Litleburn' et iij. gallinas ad Natale; tenendos et habendos etc., reddendo inde etc. ad festum sancti Michaelis apud Woxiston' iij*d.* pro omnibus seruiciis etc. Et sciendum est quod predictus Radulfus et heredes sui facient totum seruicium predictis Alexandro et Willelmo et heredibus etc. in redditibus, in releuiis et in omnibus aliis rebus quod michi et heredibus meis facere consueuerint vel deberent, ita quod nec ego nec heredes mei de predictis tenementis aliquid exigere possumus vel debemus de predicto tenemento; forinseca vero seruicia que predictus Radulfus facere consueuerat condonantur[4] recipiam ego vel heredes mei per manus predictorum Alexandri et Willelmi et heredum etc. Et ego Aluredus etc. warantizabimus etc.; et pro hac donacione etc., dederunt michi predicti Alexander et Willelmus vnam marcam argenti. Et vt hec mea donacio etc. Testibus etc. Rogero et Mauricio de la Le, Aluredo de Bremling', etc.

Carta Iohannis filii Laurencii de Welle de tota terra quam emit de Willelmo clerico.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Laurencii de Well' dedi etc. Alexandro de Gloucestria totam illam partem terre

[1] Not in MS. [2] MS. adds *et omnis donacionis*.

[3] Ducange gives the meaning 'encroachment', but the French word *purpris*, from which the Latin word is formed, means any enclosure.

[4] The scribe has made some mistake here; perhaps the original was *sibi condonantur, sed ea recipiam.*

quam emi de Willelmo clerico filio Willelmi de Thega, que continet in longitudine sua versus suth viij. perticatas quatuor pedes minus, et in latitudine sua versus west extendit de terra Gileberti Carpentarii vsque ad terram Alexandri que est versus east; tenendam et habendam etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis j*d.* ad festum sancti Michaelis apud Woxiston' pro omnibus seruiciis etc. Et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus et defendemus predictam terram etc. Pro hac autem etc. dedit michi predictus Alexander ij. marcas. Testibus, Maricio de la Le, | Iohanne filio suo, Rogero de la Le etc.

(Folio 280, r°.)

Carta Guarini filii Iohannis de Welle de tercia parte purprisii quod fuit patris sui in Wxiston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Guarinus filius Iohannis de Welles dedi etc. Alexandro de Gloucestria et Willelmo Graciani et heredibus etc. terciam partem purprisii quod fuit patris mei in Vxiston' que me contingit simul cum xl. acris terre mee in eadem villa, sicut posite determinant mete, et quinque solidos et vnum denarium liberi redditus mei et septem gallinas cum omnibus pertinenciis eorum et omnibus profectibus qui ex illis peruenire possunt; quem redditum michi reddere solebant homines subscripti, videlicet, heredes Euerardi de Woxiston' vij*d.* et iij. quadrantes ad medium xl^e^ et iiij*d.* ad festum sancti Michaelis et vnam gallinam et dimidiam ad Natale, et heredes Cupparii vj. denarios et iij*q*^a^ ad medium xl^e^ et vnam gallinam ad Natale, et Willelmus de Teghe ij*d.* ad medium xl^e^ et ij*d.* ad festum sancti Michaelis et dimidiam gallinam ad Natale, et heredes Wlfricii xj*d.* ad medium xl^e^ et iiij*d.* ad festum sancti Michaelis et ij. gallinas ad Natale, et heredes Rogeri vj*d.* ad medium xl^e^ et ij*d.* ad festum sancti Michaelis et ij*d.* ad festum sancti Andree et ij. gallinas ad Natale, et Alexander Hospinel vj*d.* et iij. quadrantes ad medium xl^e^ et vj*d.* et iij*q*^a^ ad festum sancti Michaelis; tenendos et habendos etc., reddendo inde nobis annuatim xv*d.* super idem tenementum, scilicet, ad medium xl^e^ vij*d.* *ob.* et ad festum sancti Michaelis vij*d.* *ob.* pro omnibus seruiciis, et defendendo predictam terram et tenementa de quibus predicti redditus proueniunt versus curiam de Litleburne de omnibus seruiciis sicut pater meus illa defendere consueuit. Et sciendum quod prenominati tenentes et heredes eorum facient predictis Alexandro et Willelmo et heredibus eorum etc. plene et integre totum [seruicium][1] et omnes consuetudines in redditibus et releuiis et exeniis et auxiliis, curie sectis et in omnibus aliis rebus que michi

[1] Not in MS.

vel heredibus facere consueuerint vel deberent, ita quod nec ego nec heredes mei de predictis tenentibus neque de heredibus eorum aliquid aliquo modo vnquam tempore aliqua occasione exigere possumus vel debemus. Et ego Guarinus etc. warantizabimus etc. Et pro hac mea donacione etc. dederunt michi predicti xv. marcas etc. | Testibus, Laurencio de Welles, Mauricio de la Le, Iohanne filio eius etc. (Folio 280, v°.)

Carta Salomonis filii Iohannis de Well' de tercia parte purprisii quod fuit[1] patris sui in Woxston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Salomon filius Iohannis de Welles dedi etc. Alexandro de Gloucestria et Willelmo Graciani et heredibus etc. terciam partem purprisii quod[2] fuit patris mei in Woxiston' que me contingit, simul cum decem acris terre mee in eadem villa, sicut posite determinant mete, et v. solidos et j*d.* liberi redditus mei et vij. gallinas cum pertinenciis eorum et omnibus profectibus eorum qui ex illis prouenire possunt; quem redditum michi annuatim reddere solebant homines subscripti, videlicet, heredes Euerardi de Woxiston' vij*d.* et iij*q*^{a} ad medium xl^{e} et iiij*d.* ad festum sancti Michaelis et vnam gallinam et dimidiam ad Natale, et heredes Cupparii vj*d.* et iij*q*^{a} ad medium xl^{e} et vnam gallinam ad Natale, et Willelmus ad Teghe ij*d.* ad medium xl^{e} et ij*d.* ad festum sancti Michaelis et dimidiam gallinam ad Natale, et heredes Wlfricii xj*d.* ad medium xl^{e} et iiij^{or}*d.* ad festum sancti Michaelis et duas gallinas ad Natale, et heredes Rogeri vj*d.* ad medium xl^{e} et ij*d.* ad festum sancti Michaelis et ij*d.* ad festum sancti Andree et ij. gallinas ad Natale, et Alexander Hospinel vj*d.* et iij*q*^{a} ad medium xl^{e} et vj*d.* et iij*q*^{a} ad festum sancti Michaelis; tenendum et habendum etc., reddendo inde annuatim xv*d.* super idem tenementum, scilicet, ad medium xl^{e} vij*d.* *ob.* et ad festum sancti Michaelis vij*d.* *ob.* pro omnibus seruiciis etc., et defendendo predictam terram et tenementa de quibus predicti redditus proueniunt versus curiam de Litleburn' de omnibus seruiciis, sicut pater meus illa defendere consueuit. Et sciendum est quod prenominati tenentes et heredes eorum facient predictis Alexandro et Willelmo et heredibus eorum etc. totum seruicium et omnes consuetudines in redditibus et releuiis et exeniis et auxiliis et curie sectis et in omnibus aliis rebus que michi vel heredibus meis facere consueuerint vel deberent, ita quod nec ego nec heredes mei de predictis tenentibus neque de heredibus eorum aliquid aliquo modo vmquam tempore aliqua occasione exigere possumus vel

[1] This word is not in the MS.
[2] MS :—qui—but *quod* in heading.

debemus. Et ego Salomon et heredes warantizabimus etc. Et pro hac donacione etc. | dederunt michi predicti Alexander et Willelmus xv. marcas argenti etc. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Laurencio de Well', Mauricio de la Le, Iohanne filio eius etc.

(Folio 281, r°.)

Carta Mauricii de Litleburne de ij. acris terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Mauricius de Litleburn' filius Humfridi etc. Alexandro de Glocestria ij. acris terre mee cum omnibus pertinenciis suis que iacent inter terram Alexandri de Dunham que est ex parte orientali et terram meam que est ex parte occidentali et terram ecclesie que est ex parte aquilonali et stratam per quam itur versus curiam de Litleburne que est ex parte australi; tenendas et habendas predicto Alexandro etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum obolum de forgabulo ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio etc., defendendo totam terram predictam contra dominos feodi de omnibus seruiciis etc. Et ego predictus Mauricius et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac etc. dedit michi predictus Alexander xl^a^ solidos etc. Hiis testibus, Alexandro de Dunham, Iohanne de Litleburn', Thoma de Neuham etc.

Vt supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Mauricius de Litleburn filius Humfridi clerici dedi etc. Alexandro de Gloucestria duas acras terre mee cum omnibus pertinenciis suis que iacent inter terram Alexandri de Dunham que est ex parte orientali et terram meam que est ex parte occidentali et terram ecclesie que est ex parte aquilonali et stratam per quam itur versus Litleburn' que est ex parte australi; tenendas et habendas etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis xij*d.* et obolum ad festum sancti Michaelis etc. omnia vt supra.

Carta Mauricii de la Le de marla fodienda.

Sciant presentes etc. quod ego Mauricius de la Le concessi etc. Deo et sancto Augustino Cantuarie et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam marlam apud la Le ad marlandum terram suam de Litlebur', prout necesse fuerit. Et vt hec mea concessio et donacio firma sit et stabilis et heredes mei contra concessionem et donacionem meam venire non | possint presentem cartam sigillo meo confirmaui. Hiis testibus, Roberto de Beremundes' tunc senescallo, Rogero Koc, Roberto de Bremling etc.

(Folio 281, v°.)

Carta Alicie Foyegray de j. mesuagio in villa de Litleburne.

Sciant presentes et futuri quod ego Alicia filia Willelmi Foyegrey de Litleburn dedi etc. Helye filio Reginaldi Parmentarii de Litleburn' vnum mesuagium cum pertinenciis iacens in villa de Litleburn', scilicet, inter aquam que vocatur Stirre versus orientem et stratam que ducit de Litleburn apud Wikham versus occidentem et inter mesuagium quod fuit prenominate Alicie versus austrum et aquam que vocatur Sture versus aquilonem, et continet in longitudine versus orientem et occidentem vij. virgatas et dimidiam et in latitudine in capite orientali iij. virgatas, et in capite occidentali duas virgatas, similiter et vnum obolum redditus suscipiendum in quolibet anno a Willelmo de Kocfeld vel de heredibus suis infra xij. dies Natalis Domini; tenendum et habendum dictum mesuagium et redditum dicto Helye etc., reddendo etc. tres obolos liberi redditus ad festum sancti Michaelis super tenementum proximum quod fuit predicte Alicie pro omni seruicio etc. Et ego prenominata [Alicia][1] et heredes mei varantizabimus et defendemus dictum mesuagium et redditum cum pertinenciis dicto Helye et heredibus suis contra omnes homines etc. Pro hac autem etc. dedit michi predictus Helias iij. solidos etc. Hiis testibus, Roberto de Brabling', Willelmo de Cokfeld, Willelmo de Thelebregg' etc.

Carta Emme filie Reyneri le Fort de tota parte terre sue in Stodmerse.

Sciant presentes et futuri quod ego Emma filia Reyneri le Fort dedi etc. Abbati sancti Augustini Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus totam partem terre mee cum redditibus et pascuis in villa de Stodmerse que me contingebat ex parte predicti Reyneri patris mei in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee inperpetuum et antecessorum meorum. Facta est autem hec donacio et recordata in magna curia sancti Augustini Cantuarie et in curia de Stodmerse. Et in huius rei robur | et testimonium presenti carte (Folio 282, r°.)
mee sigillum meum apposui. Hiis testibus, Roberto de Tremfeld tunc senescallo, Iohanne de Beckele, Rogero de Wingat' etc.

Carta Ade filii Iohannis de Cliueshend de dimidia acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Ada filius Iohannis de Cliueshend dedi etc., Waltero de Suyneford dimidiam acram terre mee cum

[1] Not in MS.

pertinenciis suis iacentem in campo qui vocatur Becklestun' iuxta terram Walteri de Suyneford versus norht et [1] terram Hugonis fratris mei versus suht et capitat super terram meam et terram Hugonis fratris mei versus east et versus west; tenendum et habendum predicto Waltero et heredibus suis et cuicumque dare &c., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel assignatis j. obolum argenti infra octabas sancti Michaelis pro omni seruicio. Et ego predictus Ada et heredes mei defendemus predictam dimidiam acram terre contra dominos feodi et warantizabimus eandem terram predicto Waltero et heredibus contra omnes homines &c. Pro hac autem donacione etc. dedit michi prenominatus Walterus x. solidos sterlingorum. Hiis testibus, Willelmo de Kocfeld, Gilberto de la Le, Roberto de Bremling'.

Carta Hugonis filii Iohannis de Cliueshend de dimidia acra terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo filius Iohannis de Cliueshend dedi [2] &c. dimidiam acram terre mee cum pertinenciis suis iacentem [3] in campo qui vocatur Bekelestun' iuxta terram Walteri de Suyneford versus norht et terram predicti Hugonis et Ade fratris sui versus sut et capitat super terram predictorum [4] Hugonis et Ade fratris ex vtraque parte; tenendam et habendam predicto Waltero et heredibus suis et cuicumque et cetera, reddendo inde annuatim michi et heredibus vel assignatis vnum obolum argenti de forgabulo infra octabas sancti Michaelis pro omni seruicio, consuetudine | et demanda. (Folio 282, v°.) Et ego predictus Hugo et heredes mei defendemus predictam dimidiam acram terre contra dominos feodi et warantizabimus eandem predicto Waltero et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines etc. Pro hac autem donacione etc. dedit Walterus prenominatus x. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Willelmo de Cokfeld, Gilberto de la Le, Roberto de Bremling' etc.

Carta Ade de [5] Cliueshend de xiiij. acris terre in Bekelestun'.

(Jan. 1247.) Sciant presentes et futuri quod ego Adam de Cliueshend filius Iohannis de Cliueshend et Emme de Molendino dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmaui in liberam, puram et perpetuam

[1] This word and the preceding six words are repeated.

[2] The scribe has forgotten the name of the recipient, but probably it was Walter de Suyneford.

[3] MS. :—iacente.

[4] MS. :—predictis.

[5] This word is repeated.

elemosinam abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui vij. acras terre mee cum pertinenciis in Bekelestun' de tenemento eorundem abbatis et conuentus in Litleburne, que me iure hereditario ex parte Emme matris mee ibidem contingebant; et alias vij. acras terre cum pertinenciis que Hugonem fratrem meum ex parte predicte Emme matris mee in eodem loco et de eodem tenemento iure hereditario contingebant; quas quidem vij. acras recepi in escambium a predicto Hugone fratre meo pro quinque acris terre in Taneto apud Cliueshend que me ex parte predicti Iohannis patris nostri hereditarie contingebant; habendum et tenendum predictam terram dictis abbati et conuentui in liberam etc. Et ego predictus Adam et heredes mei warantizabimus etc. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Actum anno abbatis Roberti xx°iij° mense Ianuarii. Hiis testibus, Iohanne de Schorn', Iohanne de Welle, Roberto de Bremling' etc.

Cyrographum inter abbatem et Adam filium Iohannis de Cliueshend.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, (Feb. 1247.)
Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem eternam in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod cum Adam de Cliueshend filius Iohannis de Cliueshend et Emme de Molendino dedisset nobis xiiij. acras terre in Bekelestun' de tenemento nostro de Litleburn' in puram et perpetuam elemosinam secundum tenorem carte sue quam de predicta terra nobis fecit perpetuo possidendas, Nos pro gracia sua gratanter | eum respicere (Folio 233, r°.)
volentes concessimus eidem Ade omnibus diebus vite sue victui suo necessaria infra septa monasterii vel extra in maneriis nostris perpetuo recipienda, ita quod dum sanus fuerit et compos sui seruiet et administrabit intus vel foris loco vnius seruientis in seruicio sibi conuenienti. Si vero infirmus fuerit vel pre senectute vel alio casu sui incompos, nichilominus vel eo amplius ad exemplificandum aliis, habebit in die vnum panem qui vocatur escendu et duo fercula de coquina qualia habent seruientes in aula qui sunt ad panem prenominatum. Habebit eciam vnum panem qui vocatur smalpeys et vnum ferculum de quoquina qualem habent seruientes in aula qui sunt ad smalpeys et tres lagenas ceruisie mixte. Ad vestitum autem ipsius quoad vixerit et ad calciamenta et ad pannos lineos dabimus ei singulis annis in duobus anni terminis xx. solidos sterlingorum, scilicet, ad festum Omnium Sanctorum x. solidos et ad Ascensionem Domini x. solidos, et per manum custodis de Woxestun' denarii per-

soluentur. Quando autem facta fuit dicto Ade ista concessio in capitulo nostro tactis sacrosanctis corporale prestitit sacramentum quod ab illo die in antea omnimodam nobis et ecclesie nostre intus et foris seruabit fidelitatem et quod minime se maritabit nisi nostro ad id assensu interueniente. Vnde in testimonium premissorum huic scripto cyrographato sigillum capituli nostri et sigillum Ade memorati apponuntur. Actum anno Domini M° CC° XL° VIJ°, mense Februarii.

Quietaclamacio Emme et Basilie filiarum Yuonis de Molendino de ix. acris terre in Bekeleston'.

(Before 27 June, 1247.)[1] Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Emma et Basilia filie Yuonis de Molendino et Mabilie vxoris eius salutem in Domino. Noueritis nos concessisse et quietumclamasse et confirmasse Rogero filio Willelmi de Lindested' et heredibus suis vel assignatis suis ix. acras terre cum pertinenciis suis que iacent apud (Folio 283, v°.) Bekeleston' inter terram | abbatis sancti Augustini et terram Willelmi de Dunham que est versus australem et terram Gileberti de Litleburn' et Emme vxoris eius que est versus aquilonem et terram Iohannis de Welles que est versus orientem et terram predicti Yuonis et Mabilie filie Roberti de Molendino que est versus occidentem; tenendas et habendas predicto Rogero et heredibus suis vel quibuscumque eam dare etc., reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris ipse et heredes sui vel assignati xlv. denarios, scilicet, ad duos terminos anni, videlicet, ad mediam XL^am^ viginti et iij. denarios et ad festum sancti Petri Aduincula xxij*d.* pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis temporalibus et sectis et querelis, scotis et lotis, saluo seruicio domini regis in aduentu iusticiariorum itinerancium cum in partibus Cancie venerint, et excepto scoto communi domini abbatis quando per terram proporcionaliter colligitur. Quam quidem terram predicti, scilicet, Yuo et Mabilia predicto Rogero dederunt et carta sua confirmauerunt, ita quod nec ego Emma nec ego Basilia nec aliqui ex parte nostra poterimus de predicta terra cum pertinenciis aliquid iuris vendicare vel exigere de cetero nisi predictos xlv*d.* sicut in carta inde confecta euidencius exprimitur; pro quo redditu ego Emma et ego Basilia et heredes nostri tenemur predictam terram cum pertinenciis suis defendere et warantizare sepedicto Rogero vel suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apponi fecimus. Hiis testibus.

[1] See the next deed.

Carta Rogeri Capellani de Lindested de ix. acris terre apud Bekeleston'.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus capellanus filius Willelmi de Lindested dedi etc. Deo et abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam ix. acras terre quas emi de Yuone de Molendino et Mabilia vxore sua in tenemento de Litleburn' apud Bekelestun'; habendas et tenendas dictis abbatie et conuentui in liberam etc. faciendo inde seruicium annuatim debitum. Et ego predictus Rogerus et heredes mei warantizabimus dictas ix. acras terre etc. Et vt hec mea donacio etc. Actum anno Domini M° CC° XL° VIJ° die Iouis proximo post festum sancti Iohannis Baptiste. Testibus, Iohanne de Schorn', Iohanne Chiche, Iohanne de Welles etc. (27 June, 1247.)

De dimidia acra terre in campo de Bekeleston'.

(Folio 284, r°.)

Sciant presentes et futuri quod nos Margareta, Emma, Basilia, Clemencia filie et heredes Yuonis et Mabilie vxoris sue de Molendino de Yetham dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Deo et abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam dimidiam acram terre in campo de Bekelestun' cum pertinenciis suis; habendum et tenendum predictam dimidiam acram terre cum pertinenciis dictis abbati et conuentui in liberam etc. Et nos predicte et heredes nostri warantizabimus dictam dimidiam acram terre cum pertinenciis dictis abbati et conuentui in liberam etc. contra omnes homines etc. Et vt hec nostra donacio et concessio etc. Actum anno Domini M° CC° XL° VIJ° in octabis Natiuitatis sancte Marie. Hiis testibus, Iohanne de Schorn', Iohanne Chiche, Iohanne de Welles et multis aliis. 15 Sept. 1247.

Carta Iohannis de Wolton' de quodam broko iuxta viuarium.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes de Wolton' filius Iohannis de Wolton' dedi etc. domino abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in puram et perpetuam elemosinam quandam partem de broco meo, scilicet, quatuordecim perticatas in longitudine et quinque perticatas in latitudine iacentes versus orientem iuxta viuarium domini abbatis et incipiunt a fonte qui vocatur Arrianeswelle qui est in pede montis vltra medietatem viuarii a parte orientali et extendit se in longitudine versus meridiem sub pede

montis iuxta longitudinem montis ipsius. Hanc autem terram concessi eis ad fodiendum et includendum in viuario suo, ita libere quod nec ego nec heredes mei in dicto viuario vel piscari possimus aliquo tempore vel aliquid iuris vel emolumenti vendicare; tenendum et habendum predictum brocum dictis abbati et conuentui libere et quiete inperpetuum. Arbores autem quas in ripa plantandas duxerint eorundem erunt simili modo in perpetuum. Et ego predictus Iohannes et heredes mei warantizabimus predictum brocum cum ripa predicta predictis domino abbati et conuentui contra omnes homines etc. Et vt hec mea donacio et concessio firma et stabilis in perpetuum permaneat presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Iohanne[1] Terrici, Iohanne Prere, Nicolao de la Berton' et multis aliis.

(Folio 284, v°.)

Carta Rogeri abbatis per quam concedit Symoni de Tyrel xx. acras terre in Wintresdune pro redditu xl*d.* per annum.

(Before Nov. 1212.)[2]

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus dictus abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus concessimus et donauimus Symoni Tyrel pro humagio suo et pro seruicio suo xx. acras terre nostre in tenemento de Litleburn' in Wintresdune, scilicet, que est vltra Snauestune in dextra parte vie que ducit ad Stodmerse, illi et heredibus suis inperpetuum de beato Augustino et de nobis hereditarie tenendas, reddendo inde nobis singulis annis xl*d.* sterlingorum in duobus terminis anni, in festo sancti Michaelis xx*d.* et in festo sancti Iohannis Baptiste xx*d.* pro omni seruicio preter duellum si debeat aliquociens fieri pro ecclesia beati Augustini, quod ipse Symon in tota vita sua faciet siue per se siue per alium virum ydoneum, hac racione, scilicet, si duellum pro ecclesia wagiauerit, ita quod non oporteat eum in eo negocio amplius facere, habebit de nobis l. solidos, si vero[4] pro ecclesia duellum wagiauerit et armatus pro eo faciendo coram iusticiis venerit, ita tamen quod non oporteat duellum perficere, habebit c. solidos tantum, si vero duellum perfecerit[5] habebit x. marcas tantum. Hiis testibus, Raginaldo tunc vicecomite Cancie, Iohanne de Gestlinge tunc senescallo et Petro fratre eius etc.

Thomas de Hegham tenet. modo Ricardus Waure.[3]

[1] MS. :—Iohannes.

[2] This is evidently earlier than 1253–1272 when Roger of Chichester held the post of abbot.

[3] These three words are in a later hand.

[4] MS.:—non.

[5] MS. :—perficerit.

Carta R. electi sancti Augustini de l. acris de mora apud Snawes Samsoni de Gestlinge concessis pro redditu xxxv. solidorum.

(Folio 285, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego R. Dei gracia electus sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus concedimus Samsoni de Gestlinge et heredibus suis l. acras de mora nostra que iacet ex transuerso ab occidentali plaga de Snaues, ad tenendum de nobis iure hereditario, vnde ipse et heredes sui annuatim persoluent xxv. solidos, videlicet, de vnaquaque acra vj*d.* duobus terminis ad festum sancti Thome ante Natale Domini medietatem et in die sancti Iohannis Baptiste aliam medietatem pro omni seruicio. Ipse vero Sampson et heres suus Robertus prestito sacramento in capitulo nostro super sacrosancta euangelia pacti sunt se ita fideliter predictam moram tractaturos quod nunquam pro wasto eiusdem more predictus redditus minuetur, et super hoc tradidit nobis in plegium totum tenementum quod tenet de nobis in tenemento de Lenham, videlicet, vnam dennam que vocatur Hocheregge vnde annuatim reddit iij. solidos. Hanc conuencionem presenti cyrographo et sigillo nostro confirmauimus ei et heredibus suis et ipse vicissim sigillo suo partem nostram signauit. Hiis testibus, Helia de Sillinghelde, Bartolomeo de Lundesford, Alano de Retling', Radulfo de Sancto Leodegario et pluribus aliis.

Carta Stephani filii Aswy de quadam terra Danieli de Snaues confirmata in tenemento de Snawes.

Sciant presentes et futuri quod ego Stephanus filius Aswy et Dionisia vxor mea dimisimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Danieli de Snaues totam terram nostram que iacet inter terram Alexandri le Harpur et terram Arnoldi le Lepere in longitudine et latitudine quicquid ibi habuimus; habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis in feodo et hereditate libere et quiete finabiliter, reddendo inde annuatim sex solidos et sex denarios | pro omni seruicio quatuor terminis, scilicet, (Folio 285, v°.)
infra octabas Pasche xix*d.* et *ob.* et infra octabas sancti Iohannis Baptiste xix*d.* *ob.*, ad festum sancti Michaelis xix*d.* *ob.* et in Natali Domini xix*d.* *ob.* Et ego prefatus Stephanus et Dionisia vxor mea et heredes nostri warantizabimus etc. Hiis testibus, Pentecost' de Wendleswit', Radulfo Carbunell', Luca filio Alfrici et multis aliis.

Willelmus filius Algari de Horibroc confirmat totam partem suam ex parte patris Danieli de Snaues.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Horibroke dedi et concessi et hac presenti carta confirmaui Danieli filio Eadwardi de Snaues totam partem terre illius que fuit patris mei Algari, scilicet, in susana terra et marisco cum omnibus pertinenciis suis; tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere, quiete et hereditarie inperpetuum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis xij*d.* sterlingorum in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste pro omni seruicio. Predictus vero Daniel et heredes sui tenebunt et defendent[1] predictam terram in omni seruicio et consuetudine versus curiam de Snaues et eciam in wallis et watergangis. Et sciendum quod predictus Daniel et heredes sui poterunt dare vel assignare predictam terram cuicumque voluerint. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predictam terram etc. Et vt hec mea donacio et confirmacio etc. Hiis testibus, Bricio Decano, Roberto de Snaues, Iohanne filio eius etc.

Petrus filius Algar de Horibroc confirmat totam partem suam ex parte patris Danieli.

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus filius Algari de Horibroke dedi et concessi et hac presenti carta confirmaui Danieli filio Edwardi de Snaues totam meam partem terre illius que fuit patris mei Algari, scilicet, in susana terra et marisco cum omnibus pertinenciis; tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis etc. omnia vt supra.

Blakeman confirmat terciam partem xxv. acrarum Roberto filio Huardi in tenemento de Snawes.

Sciant presentes et futuri quod ego Blakemannus filius Pagani Heliere dedi et concessi et hac presenti carta confirmaui Roberto filio Huard terciam partem viginti et quinque acrarum, scilicet, viij. acras et terciam partem vnius acre que iacent in Briddesiugo inter terram Rogeri de Sancto Ligerio et terram Godardi filii Stephani | habendam et tenendam iure hereditario de me et heredibus meis ipsi (Folio 286, r°.) et heredibus suis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis tres solidos et tres gallinas de forgabulo ad duos terminos, ad secundum diem Natalis Domini octo et x. denarios et tres gallinas, ad festum sancti Michaelis xviij. denarios, et defendendo predictam

[1] MS. :—defendebunt.

terram in wallis et watergangis et in omni seruicio et consuetudine que ad predictam terram pertinent in curia domini abbatis sancti Augustini de Snaue. Pro hac autem concessione et confirmacione dedit michi predictus Robertus l. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Daniele de Snaues, Roberto de Snaues, Rogero de Sancto Legerio et multis aliis.

Carta Wlmar Kilost de j. acra in Peffeld.

Sciant presentes et futuri quod ego Wlmarus Kylost dedi et concessi et hac presenti carta confirmaui Roberto filio Huardi vnam acram terre mee et dimidiam que iacent in campo qui appellatur Petfeld iuxta terram quam predictus Robertus emit de Thoma fratre meo, scilicet, totam terram meam in eodem campo; habendam et tenendam etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ij*d.*, scilicet, ad festum sancti Thome apostoli j*d.*, ad festum sancti Michaelis j*d.*, pro omni seruicio et consuetudine ad me vel ad heredes meos pertinente, et defendendo predictam terram in wallis et watergangis et in redditibus et in seruiciis omnibus ad predictam terram pertinentibus. Et ego predictus Wlmarus et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem donacione et confirmacione dedit michi predictus Robertus ix. solidos in gersumam. Hiis testibus, Thoma Pikot, Ricardo Pitte, Iohanne filio Godit et pluribus aliis.

Item de dimidia acra in eodem loco.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Ricardi Kylast dedi et concessi et hac presenti carta confirmaui Roberto filio Huardi dimidiam acram et quartam partem vnius acre terre mee cum pertinenciis suis que iacent in campo qui vocatur Petfeld et iiij*d.* *q*[a] redditus quos Amicius nepos Bricii capellani et heredes sui annuatim michi debuerunt; habendos et tenendos etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ad Natale j*d.* pro omni seruicio ad me vel heredes meos pertinente, et defendendo predictam terram in wallis et watergangis vt supra. Hiis testibus, Stephano tunc balliuo de Snaue, Thoma Pikot, Iohanne fratre suo et multis aliis.

De j. acra et dimidia in tenemento de Snaues.

(Folio 286, v°.)

(28 Oct. 1248—28 Oct. 1249.)

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri vel audituri quod ego Nicolaus et ego Adam filii Willelmi Thresse dedimus et concessimus et quietumclamauimus abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie omne ius et clamium quod habuimus vel quod habere potuimus in

terra et redditu quam[1] Robertus Ioce emit de Willelmo patre nostro, videlicet, vnam acram et dimidiam terre et vnam virgatam cum pertinenciis, iacentes in campo qui vocatur Thornfelde de tenura dicti abbatis de Snaue inter terram Benedicti de Grenehelle et terram heredum Thome Pitte; tenendas et habendas dictis abbati et conuentui sancti Augustini pro nobis et heredibus nostris libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, defendendo dictam terram cum pertinenciis dicti abbas et conuentus in wallis et watergangis et in omnibus seruiciis debitis que ad predictam terram pertinent. Pro hac autem donacione, concessione et quietaclamacione dederunt nobis dicti abbas et conuentus xv. solidos sterlingorum. In cuius rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Nicolao de Broko, Clemente de Chalfhamme, Willelmo Fughel', Lodewico Pikot. Hec autem donacio et concessio et quietaclamacio facta fuit in curia domini abbatis de Snaues, anno regni regis Henrici filii Iohannis regis xxxiij.

De redditu xij. denariorum.

(1247.) Notum sit omnibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego Henricus Stephan filius Ricardi Stephan de Benneual dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beato Augustino et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam xij. denarios annui redditus quos in media Quadragesima apud Sanctum Augustinum percipere solebam ab eisdem; tenendos et habendos dictis abbati et fratribus pro me et heredibus meis sicut prescriptum est libere et pacifice in perpetuum, ita quod ego et heredes mei nichil poterimus vendicare. Facta est autem hec donacio, concessio et presentis carte confirmacio anno gracie M° CC° quadragesimo vij°. Et vt predicta pro me et heredibus meis firmum robur habeant inperpetuum, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Iohanne de Schorn' tunc senescallo, Rogero Somery, Philippo de Clou' etc.

(Folio 287, r°.) (Before Nov. 1212.) Notum sit presentibus et futuris quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus concessimus et tradidimus Sampsoni de Gestelinges terciam partem terre nostre de Oxeneya, id est terciam partem dimidii iugi cum marisco ad eam pertinente; tenendam de nobis in gauelekenda ei et heredibus suis, x. solidos annuatim nobis inde reddendo ad curiam de Snaues pro omni seruicio in duobus terminis anni, infra octauas sancti Michaelis v.

[1] *Sic.*

solidos, et infra clausum Pasche v. solidos, saluo romescot et dono vicecomitis. Et sequetur ipse Sampson et heredes eius post eum pro terra illa halimotum de Snaues et curiam abbatis, cum necesse fuerit, apud Cantuariam. Istud dimidium iugum in duobus locis iacet. In illa parte huius dimidii iugi que est iuxta ecclesiam de Stanes habet iste Sampson terciam partem versus aquilonem, in illa autem parte huius dimidii iugi que contra Sudsexam terminatur habet ipse terciam partem versus occidentem. In ecclesia autem nostra de Oxeneya et in terra que ecclesie illi est assignata nichil iuris vendicabit sepedictus Sampson neque vllam potestatem habebit neque heredes eius sed sicut parochiani se habebunt ad illam ecclesiam quantum racio exigit de illo tenemento. Hiis testibus, Iohanne filio Viuiani, Roberto filio Ricardi, Willelmo de Morisco, etc.

Notum sit presentibus et futuris quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus concessimus et tradidimus Stephano de Sancto Martino terciam partem terre nostre de Oxeneya, id est terciam partem dimidii iugi cum marisco ad ipsam pertinente ; tenendam de nobis in gauelekenda ei et heredibus suis, x. solidos annuatim nobis inde reddendo ad curiam de Snaues pro omni seruicio in duobus terminis anni infra octauas, scilicet, sancti Michaelis v. solidos et infra clausum Pasche v. solidos, saluo romescot et dono vicecomitis. Et sequetur ipse Stephanus et heredes eius post eum pro terra illa halimotum de Snaues et curiam abbatis cum necesse fuerit apud Cantuariam. Istud dimidium iugum in duobus locis iacet. In illa parte huius dimidii iugi que est iuxta ecclesiam [1] de Stanes habet iste Stephanus terciam partem versus meridiem. In illa autem parte huius dimidii iugi que contra [2] Sudsexam terminatur, habet ipse terciam partem | in medio. In ecclesia autem nostra de Oxeneya etc. vt supra. (Before Nov. 1212.) (Folio 287, v°.)

Notum sit presentibus et futuris etc. vt supra Stephano de Kenardintune terciam partem terre nostre de Oxeneya. Id est etc. vt prius. Istud dimidium iugum in duobus locis iacet. In illa parte huius dimidii iugi que est iuxta ecclesiam de Stanes habet iste Stephanus terciam partem in medio, in illa autem parte huius dimidii iugi que contra Sudsexam terminatur habet ipse terciam partem versus orientem. In ecclesia autem etc. omnia vt prius. (Before Nov. 1212.)

[1] This word is not in the MS. but is in the charters next before and after this one.

[2] MS. :—que est contra.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Thome dedī etc. Roberto filio Hugonis medietatem terre mee que fuit Normani Palmeri de Seldesfletewalle versus orientem, scilicet, iiij^{or} acras que vocantur Roghefeld [1], que iacent proxime terre Kenewold versus norht, et vnam acram et quartam partem acre vnius que iacent inter terram predicti Kenewold et medietatem campi qui vocatur Walspot; habendas et tenendas libere etc., reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille etc. viij*d.* ad festum beati Thome apostoli et ij. gallinas et j. gallum, et ad mediam xl^{am} viij*d.* et ad festum sancti Michaelis viij*d.* pro omni seculari [seruicio] [2] et consuetudine, et defendendo predictam terram in wallis, watergangis et in omnibus seruiciis etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Robertus xxxiiij. solidos etc. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predicto Roberto et heredibus etc. Et in huius rei testimonium etc. Hiis testibus, S. de Audintune, Hugone Clerico, Willelmo filio Radulfi etc.

(27 Mar. 1111.) Hugo abbas sancti Augustini Anglorum apostoli, omnibus baronibus Cancie et omnibus Dei fidelibus salutem cum oracionibus. Sciatis quod ego abbas Hugo sancti Augustini concedo et capitulum nostrum concedit quod Haymo dapifer regis absque viuagio et fiancia teneat de sancto Petro apostolorum principe et sancto Augustino et conuentu terram quam Aufredus Masculus clericus tenuit de sancto Augustino, eodem modo et eodem seruicio quo ipse Aufredus eam tenebat die quo Scollandus abbas mortuus fuit et viuus; [3] et terram de Bodesham et terram de Smethetuna quam tenet Willelmus filius alterius Willelmi; eo tenore quod ipse Haymo dapifer, si opus fuerit, ecclesie et michi vel successoribus meis de placitis in comitatu siue in curia regis contra aliquem baronem | consulat, adiuuet et succurrat exceptis dominis suis quorum homo manibus suis fuerit. Si autem ipse Haymo heredem de muliere sua habuerit eodem modo de me et sanctis et capitulo nostro post patrem suum teneat vt pater tenuerit; quod si non, si nepotem aut neptim habuerit qui iuste post eum hereditatem habere debuerit eodem modo teneat quo ipse Haymo tenuerit. Sin [4] autem, illi qui supradictas terras de ipso tenuerint de ecclesia et de me et capitulo dominice teneant. Hec conuencio facta est in capitulo sancti Augustini, presentibus hiis testibus. Ex parte vicecomitis aderant Fulbertus de Cilleham et suus miles Hugo, Haymo filius Vitalis etc. Acta sunt autem die Lune ante Pascha anno ab Incarnacione Domini

Bodesham.

(Folio 288, r^{o}.)

[1] The first two letters of this word are uncertain.
[2] Not in MS.
[3] i.e. 3 Sept. 1087.
[4] MS. :—si.

M° C° xj°. qui est annus secundus ex quo Henricus rex Anglorum dedit filiam suam imperatori. Adhuc tenet vnum iugum terre de Leham et vocatur Wrensted et reddit inde quoquo anno xxv*d.* super altare. Willelmus filius alterius Willelmi testis est cum aliis supradicte conuencionis. Bodesham de quo superius dixi tenet Haymo filius Vitalis.

Iohannes Dei gracia rex Anglorum etc. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, iusticiis, vicecomitibus, prepositis et omnibus balliuis et fidelibus suis salutem. Sciatis quod ad peticionem et assensum Albrithe de Rumenal que fuit vxor Willelmi de Gerpenuill' qui cum eadem Albretha totam hereditatem eius habuit et marescalciam auium nostrarum, dedimus et concessimus etc. Thome filio Bernardi qui habet filiam et heredem predicti Willelmi et predicte Albrethe in vxorem, maresalciam auium nostrarum quam predictus Willelmus habuit cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eam pertinentibus; tenendam et habendam sibi et heredibus suis ex se et filia predictorum Willelmi et Albrethe descendentibus in perpetuum ita bene et libere sicut eam vnquam predictus Willelmus melius et liberius tenuit. Quare volumus et firmiter precipimus quod predictus Thomas et heredes sui ex se et predicta vxore sua descendentes habeant et teneant predictam marescalciam auium nostrarum inperpetuum bene et in pace cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eam pertinentibus, ita tamen quod salua sit predicte Albrethe tenura hereditatis sue toto tempore vite sue. Et post mortem eius tota hereditas illius, quam predictus Willelmus cum ea habuit, integre cum omnibus pertinenciis in manu predicti Thome qui filiam predictorum Willelmi et Albrethe habet in vxorem et ad heredes eorum reuertatur, ab illis tenenda et habenda et perpetuo possidenda. Concessimus eciam et presenti carta confirmauimus predicte Albrethe quod non distringatur ad se maritandam nisi de voluntate sua et si se maritare voluerit hoc faciat cum assensu nostro. Testibus etc.[2]

(Folio 288, v°.) (18 Mar. 1204.)

De mareschalcia auium regis.[1]

Carta Nicholai Pagani.

Folio 289, r°.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Nicholaus filius Pagani eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie tenentur michi singulis annis quoad vixero soluere xij. libras sterlingorum in duobus terminis anni, scilicet, in Natali Domini sex libras et in festo sancti Iohannis Baptiste vj. libras prout in carta eorum michi

[1] In a later hand. [2] See Rotuli Chartarum, ed. Hardy, p. 123.

de xij. libris vt infra carta proxima.[1]

confecta continetur. Verum si aliquo casu contingente dicti abbas et conuentus sancti Augustini fuerint inpediti quo minus xij. libras annuas per manus Stephani de Audinton' et heredum suorum recipere possint in terminis prenominatis, quas Alicia de Gerpenuilla dictis abbati et conuentui contulit, sicut in carta eiusdem Alicie continetur, volo vt ad solucionem prenominate pecunie michi non teneantur et quod carta michi super xij. libris annuis soluendis ab eisdem confecta viribus careat et effectu, donec plenariam solucionem predictarum xij. librarum recuperauerint. Et ad omnia premissa fideliter obseruanda ego Nicholaus filius Pagani fide mea media me obligaui. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei apposicione roboraui. Hiis testibus, Henrico de Sandwico, Raginaldo de Cornhell', Stephano de Cusinton', Thoma de Merile tunc senescallo et multis aliis.

Carta Alicie de Gerpenwill'.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Alicia filia Aubrethe de Gerpenuilla eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me in ligia potestate mea dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum vna cum corpore meo xij. libras sterlingorum de Veteri Rumenello et de Langeport, percipiendas per manus Stephani de Audinton' et heredum suorum, vel per manus aliquorum ad quos predicte terre Veteris Rumenelli et de Langeport aliquo casu deuenerint, siue sint viri religiosi siue non, singulis annis | in duobus terminis, scilicet, in Natali Domini vj. libras, et in festo sancti Iohannis Baptiste vj. libras, sicut ego predicta Alicia prenominatas xij. libras a predicto Stephano annuatim percipere consueui. Et ego prenominata Alicia et heredes mei warantizabimus predicte domui sancti Augustini Cantuarie prenominatas xij. libras sterlingorum annuas contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec mea donacio firma sit in perpetuum et stabilis presens scriptum sigilli mei apposicione roboraui. Hiis testibus, Henrico de Sandwico, Raginaldo de Cornhell', Stephano de Cusinton', Thoma de Meriel tunc senescallo etc.

de tempore regis Henrici tercii.[2]

xij*li.* de { Olderom et Lang

(Folio 289, v°.)

Item, memorandum quod habemus aliam eiusdem Alicie sub eadem forma.

[1] In a later hand.
[2] In a later hand.

De duabus acris in Horibroc.

Sciant presentes et futuri quod ego Stephanus et Elmarus et Godstethe filii Eylnothi Man de Horinbrok' dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas acras terre nostre arabilis iuxta Horinbrok' que vocatur Vprede et totam illam terram cum bosco et cum omnibus aliis pertinenciis suis que vocatur Ethelilddeteghe, que nobis accidit post obitum Eylnothi patris nostri; tenendum et habendum dictam terram cum bosco et cum omnibus aliis pertinenciis dictis abbati et conuentui de nobis et heredibus nostris sicut elemosina potest melius et liberius teneri vel haberi in perpetuum. Et de residuis terris nostris integre et absque vlla diminucione redditus consueti defendemus tenementa nostra erga dominos abbatem et conuentum in omnibus sicut fecimus ante istam donacionem. Et nos dicti Stephanus et Elmarus et Godstethe et heredes nostri warantizabimus dictis domino abbati et conuentui totam dictam terram cum bosco et cum omnibus aliis pertinenciis simul et defendemus contra omnes homines et feminas. Et vt hec nostra donacio et concessio et huius carte nostre confirmacio stabilis et inconcussa inperpetuum permaneat, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roborauimus. Hiis testibus, | Nicolao de Broke, Iohanne de Kelche, Thoma Pitte et multis aliis. (Folio 290, r°.)

De redditu duorum solidorum in Horinbroc.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris 1239.
Petrus filius Elgari de Horebrok salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui duos solidos sterlingorum quos percipere consueui de hereditate mea in Horebrok in liberam, puram et perpetuam elemosinam; tenendos et habendos dictis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in liberam etc. Et ego predictus Petrus et heredes mei warantizabimus predictis abbati et conuentui sancti Augustini dictam elemosinam duorum solidorum cum tota terra in Horebrok, pro qua dictos duos solidos recipere consueui, contra omnes homines et feminas. Facta est autem hec donacio et concessio et presentis carte confirmacio anno Domini M° CC° XXXIX. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Iohanne Terry tunc senescallo sancti Augustini, Iohanne de Snaues, Iohanne de Keche et multis aliis.

Carta capituli de Douere de decimis de Horinbroc.

(Aug. 1247.) Notum sit vniuersis quod cum controuersia mota fuisset inter abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie ex vna parte et priorem et conuentum sancti Martini Douor' ex altera super decimis terrarum quas dicti abbas et conuentus habent in dominico in Horinbrok' et in Scherle, dicto priore petente decimas predictarum terrarum eo iure quod sunt infra limites parochie sue de Apeldre, abbate et conuentu ediuerso proponentibus quod ipse et conuentus suus per priuilegia a prestacione decimarum sunt inmunes; tandem de consilio virorum prudentum in hunc modum quieuit, videlicet, quod dicti prior et conuentus Douor' protestati sunt et concesserunt quod quando abbas et conuentus sancti Augustini dictas terras propriis sumptibus excolunt, a prestacione decimarum per priuilegia sua sunt et erunt inmunes. Quociens vero dictas terras personis secularibus, | clericis vel laycis, non sumptibus abbatis et conuentus, excolendas ad firmam pro denariis vel ad diuisiones garbarum tradiderint, prior et conuentus Douor' omnes decimas libere et sine difficultate racione personarum terras predictas suis sumptibus excolencium et non racione predii recipient, hoc moderamine obseruato quod pars garbarum et denariorum ad abbatem pertinens et conuentum eis libere et sine decimacione remanebit, priuilegiis omnibus sancti Augustini penitus in suo robore permanentibus. In cuius rei testimonium presenti scripto cyrographato sigilla altrinsecus sunt apposita. Acta anno Domini M° cc° xlvij. mense Augusti.

Horinbrok.

(Folio 290, v°.)

Cyrographum inter nos et magistrum Petrum de Depeham de Horibroc.

(July, 1250.)

va

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et dimisisse dilecto clerico nostro magistro Petro de Depeham canonico Sarrisberiensi totam terram nostram de Horibrok arabilem et non arabilem cum pastura et pannagio et domibus nostris excepto bosco desuper existente et crescente, ita quod de eodem nichil capiet vel prosternet; tenendum et habendum dictam terram cum domibus et aliis pertinenciis, excepto bosco vt dictum est, dicto magistro Petro tota vita sua defendendo eam de wallis, watergangis et fossatis, et reddendo inde annuatim in thesauraria nostra apud Cantuariam octo libras sterlingorum bonorum et legalium ad octauas sancti Iohannis Baptiste. Quod si ad dictum terminum de dicta firma defecerit, licebit nobis totam terram illam cum cropa desuper

existente vel crescente in manus nostras seisire, tenere, possidere sine omni contradiccione dicti magistri Petri vel suorum, donec nobis de firma predicta et de dampnis, si qua incurrerimus racione dicte firme non solute, fuerit plenarie satisfactum. Set nec licebit dicto magistro | Petro ipsam terram alicui Iudeo siue Cristiano inuadiare, (Folio 291, r°.) vendere vel ad firmam alicui tradere vel turbam ibidem fodere ad vendendum set tantum ad emendacionem walle nostre et ad ignem suum in illo loco racionabiliter expendendum, vel aliquid aliud facere de eadem per quod ingressus noster in dictam terram cum pertinenciis post decessum ipsius possit impediri. Quod si in aliquo contra premissa manifeste euenerit sine contradiccione aliqua in dictum tenementum nostrum liberum habebimus ingressum, sicut superius notatum est. Quicumque eciam fuerit custos manerii nostri de Snaues, quamdiu dictus magister Petrus dictam terram tenuerit, accipiet de bosco nostro super dictam terram existente in Horibrok' et Scherle prout viderit et quando viderit manerio nostro de Snaues et ad suam sustentacionem expedire sine contradiccione dicti magistri Petri vel suorum. Cum autem de dicto magistro Petro humanitus contigerit, licebit ei salua firma nostra et saluis nobis domibus desuper edificatis residuum tocius bladi dare vel legare cuicumque voluerit sine omni impedimento vel contradiccione nostra. Et nos warantizabimus dictam terram cum pertinenciis dicto magistro Petro quamdiu vixerit contra omnes homines et omnes feminas. In cuius rei testimonium presenti scripto cyrographato sigillum capituli nostri et sigillum dicti magistri Petri alternatim sunt appensa. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo mense Iulii. cat

Carta de terra super quam edificate sunt domus magistri Petri de Depeham.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus de la Rue et ego Agnes et ego Claricia filie Hugonis persone de Tentwaredenn' dedimus et concessimus et hac nostra carta confirmauimus magistro Petro de Depeham et heredibus suis vel cuicumque dare vel vendere vel assignare voluerit quandam partem terre nostre capitantem regali strate versus austrum | et versus aquilonem terre Radulfi de la Felde et iacet inter (Folio 291, v°.) mesuagium quod fuit Turebarti versus orientem et versus occidentem inter mesuagium persone de Tenwareden, que pars terre iacet pro duabus acris terre siue plus habeatur siue minus, vt foueis et sepibus ambiuntur, cum omnibus pertinenciis suis et cum omni iure quod nostrum fuit in predicta parte terre; tenendam et habendam de nobis et de heredibus nostris sibi et heredibus suis vel assignatis libere, quiete,

pacifice, integre, et hereditarie in perpetuum, reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris ipse et heredes sui vel assignati tercia die ante Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste duos denarios de redditu super eodem tenemento pacandos [1] pro omni seruicio et consuetudine, secta, demanda. Et ego dictus Radulfus et ego dicta Agnes et ego dicta Claricia et heredes nostri warantizabimus et defendemus totam dictam partem terre cum omnibus suis pertinenciis prefato magistro Petro et heredibus suis vel eius assignatis contra omnes gentes. Pro hac autem donacione etc. dedit nobis predictus magister Petrus iiij. marcas argenti in gersumam. Quod [vt] [2] ratum permaneat et inconcussum perseueret, hanc nostram presentem cartam sigillorum inpressionibus roborauimus. Hiis testibus, Willelmo de Kasinghamme, Rogero de Gatesdenne, Symone Hassnod, etc.

Carta magistri Petri.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris magister Petrus de Depeham, rector ecclesie de Tentworeden, eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, totam terram quam Radulfus de la Rue et Agnes et Claricia filie Hugonis persone de Tenwarenden michi dederunt et per cartam suam confirmauerunt cum omnibus pertinenciis suis, sicut in carta inter nos confecta plenius continetur; habendum et tenendum totam predictam terram cum omnibus pertinenciis suis predicto abbati et conuentui et eorum successoribus de me et heredibus | meis in liberam, puram, et perpetuam elemosinam in perpetuum, faciendo inde seruicium dominis feodi secundum tenorem carte inter me et ipsos confecte. Et ego predictus Petrus et heredes mei warantizabimus predictam terram cum omnibus pertinenciis suis predictis abbati et conuentui et eorum successoribus contra omnes homines et feminas. In huius rei robur et testimonium presens scriptum sigilli mei inpressione roboraui. Hiis testibus, Iohanne Terric' tunc senescallo sancti Augustini, Stephano Walensi, Philippo de Clouilla, Symone hostiario, etc.

(Folio 292, r°.)

Bulewaresile.

Sciant presentes et futuri quod ego Warinus filius Ailnothy de Bulewaresile dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui

[1] MS. :—pacandum. [2] Not in MS.

abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui vnam acram et tres virgatas terre mee cum pertinenciis que iacent simul iuxta terram Ricardi de Forde sub veteri parco de Bolewaresile et vocantur Wynegaresham; tenendas et habendas predictis abbati et conuentui iure hereditario libere et quiete in perpetuum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum obolum de forisgabulo in festo sancti Andree apostoli ad curiam de Norburn' pro omnibus consuetudinibus et demandis temporalibus. Et ego predictus Warinus et heredes mei defendemus predictam terram versus curiam de Norburn et warantizabimus eandem predictis abbati et conuentui contra omnes homines et feminas. Pro hac autem donacione mea et concessione et huius carte mee confirmacione dederunt michi predicti abbas et conuentus quatuor solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, domino Henrico de Wyntersell' tunc senescallo sancti Augustini, Symone de Greneweye, Luca de Staurene, etc.

De quodam bosco qui vocatur Piremannesgraue.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas et ego Wydo filii Wluardi de Hope dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, totam partem nostram | de bosco qui vocatur Piremannesgraue in (Folio 292, v°.)
parochia de Hathewolden', cum via que extendit ab eodem bosco vsque ad stratam regiam, et cum omnibus aliis pertinenciis suis, scilicet, tres acras et quartam partem vnius acre, ita tamen quod nos habeamus per eandem viam in campum nostrum proximo adiacentem liberum ingressum et egressum; tenendum et habendum totum dictum boscum cum predicta via et cum omnibus aliis pertinenciis suis dicto domino abbati et conuentui et successoribus eorum, sicut elemosina potest purius et liberius teneri vel haberi. Et nos predicti Thomas et Wydo et heredes nostri warantizabimus dictis domino abbati et conuentui et successoribus eorum totum dictum boscum cum predicta via et cum omnibus aliis pertinenciis suis contra omnes homines et feminas in perpetuum. In cuius rei robur et testimonium presentem cartam sigillorum nostrorum inpressione roborauimus. Hiis testibus, Eylwyno Heruerthing', Radulfo de la Felde, Thoma de Heruerthing' et pluribus aliis.

Cyrographum inter nos et tenentes de Herwertinge.

Nouerint omnes presens scriptum visuri vel audituri quod hec est (1244.)
conuencio facta inter dominum Robertum Dei gracia abbatem sancti

Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentum ex vna parte et tenentes eorum de Heuerthinge ex altera, videlicet, quod dicti tenentes eorum de Hereuertinge remiserunt et quietumclamauerunt dictis abbati et conuentui pro se et heredibus suis totum ius et clamium quod dicebant se habere in quadam communia cuiusdam silue que vocatur Hereuertinghok. Pro qua remissione et quietaclamacione prefati abbas et conuentus concesserunt dictis tenentibus de Hereuerthing' tres acras terre et dimidiam cum pertinenciis et omne genus arborum crescens super eandem terram et similiter in sepibus, exceptis lignis que crescunt in sepibus, videlicet, quercubus et fagis. Que tres acre et dimidia iacent in longitudine super regiam stratam ex parte occidentali que ducit versus Tentwaredenne, et extendit [2] se versus orientem vsque ad domum Radulfi pistoris et ex parte aquilonali ab ipsa denna de Hereuerthing' vsque ad parcum dictorum abbatis et conuentus de Burwarsile versus austrum; tenendas et habendas sibi et heredibus suis in perpetuum, reddendo | inde predictis abbati et conuentui annuatim vnum obolum de gabulo ad curiam de Kenington' in termino sancti Michaelis. In cuius rei testimonium presenti scripto cyrographato sigilla parcium altrinsecus sunt apposita. Actum anno Incarnacionis Domini M° CC° xliiij°. Hiis testibus, domino Iohanne Terri tunc senescallo sancti Augustini, Wydone de Mannisden', Philippo de Mannisden', Thoma de Sandherst' et multis aliis.

nota de drofden'. [1]

(Folio 293, r°.)

De redditu xij. denariorum.

(30 June, 1250.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Henricus filius Nigelli eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Augustini Cantuarie et monachis ibidem Deo seruientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam xij*d.* de forgabulo meo annuo in parochia de Hatwoldenne quos Thomas, Henricus et Andreas filii Willelmi Ioce annuatim michi reddere consueuerunt de toto tenemento quod predictus Willelmus Ioce pater predictorum Thome, Henrici et Andree de me emit et tenuit in predicta villa, soluendos in duobus anni terminis, videlicet, ad festum sancti Michelis vj*d.* et ad Natale Domini vj*d.*; habendum et tenendum dictos xij*d.* de forgabulo memorate ecclesie et monachis ibidem Deo seruientibus de me et heredibus meis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, bene et in pace, sicut libera elemosina melius et liberius haberi potest et teneri in perpetuum. Et ego predictus Henricus et heredes mei warantizabimus predictos xij*d.* antedictis ecclesie et

xij*d.*[2]

Hatwoldenne.[3]

[1] In a later hand. [2] *Sic.* [3] In a later hand.

monachis ibidem Deo seruientibus contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec mea donacio, concessio, warantizacio et presentis carte mee confirmacio facta et recordata in curia de Keninton' anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xxxiiij° in crastino apostolorum Petri et Pauli stabilis et firma permaneat in perpetuum, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Michaele de Vlle, Raginaldo de Cumbrok, Galfrido Puynant et multis aliis.

De tribus acris et dimidia in Hornteþe.

Sciant presentes et futuri quod nos Radulfus pistor et Mabilia vxor mea filia Willelmi de Hereuerthing' et Beatrix et Godeleua filie Godardi [de][1] Heruerthinge | dedimus et concessimus et hac presenti (Folio 293, v°.) carta nostra confirmauimus Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus pro salute animarum nostrarum et animarum omnium antecessorum et successorum nostrorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam tres acras et dimidiam terre nostre in Hornteahge, que iacent inter terram Eylwini de Heruerthing' que est versus austrum et terram dicti Eylwini que est versus aquilonem et terram dicti Eylwini que est versus occidentem et terram dictorum Radulfi et Mabilie et Beatricis et Godeleue que est versus orientem ; tenendas et habendas dictis abbati et conuentui et successoribus eorundem libere, quiete in perpetuum, sicut libera elemosina potest purius et liberius haberi vel teneri. Et nos predicti Radulfus et Mabilia et Beatrix et Godeleua warantizabimus dictam terram dictis[2] abbati et conuentui et successoribus eorundem contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec nostra donacio facta et recordata in curia domini abbatis apud Keninton' firma et stabilis in perpetuum permaneat, presenti scripto sigilla nostra fecimus apponi. Hiis testibus, Reginaldo de Kunnigbrok, Reginaldo Taylef', Roberto de Kunnigbrok et multis aliis.

De vna virgata et dimidia in Teningefeld.

Sciant presentes et futuri quod ego Eadild filia Godwini de Teningfold vxor Aldwini Malrok concessu et assensu Aldwini Malrok mariti mei et heredum meorum, scilicet, Walteri filii Wlfech et Ricardi filii Aldwini Marlok concessi et hac presenti carta confirmaui R. abbati sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentui vnam virgatam terre et dimidiam cum omnibus pertinenciis suis in Teningfold in bosco et in plano ; tenendas de me et heredibus meis iure hereditario

[1] Not in MS. [2] MS. :—dicti.

reddendo inde singulis annis[1] michi et heredibus meis per manum Eylnod de Snade triginta denarios in duobus terminis anni, scilicet, xv*d.* in Ramis Palmarum et xv*d.* in festo sancti Michaelis et iiij^{or} gallinas in Natali pro omni seruicio. Et de suo bosco proprio de Poppinge predictus abbas et conuentus concesserunt michi et heredibus meis terram que se defendit in curia de Lenham pro vj. acris, reddendo inde singulis annis vj*d.* pro omni seruicio. Et sepedictus abbas et conuentus pro hac donacione et concessione dederunt michi xij. marcas argenti. Hec conuencio facta in curia[2] sancti Augustini | penes Cantuariam in presencia R. abbatis eiusdem loci. Hiis testibus, Rodberto filio Ricardi tunc senescallo, Rogero de Norburn', Foke Peiforier et pluribus aliis.

(Folio 294, r°.)

Cirographum Giraldi persone de Kenintune.

(Before Nov. 1212.)

Notum sit vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris quod ego Gyrardus persona de Keninton' concessu domini Rogeri abbatis sancti Augustini Cantuarie et assensu conuentus eiusdem loci suscepi ab eodem abbate decimas de terris suis quas habent in parochia de Keninton' nominatim de Cumbrok et de Bochangre et de toto dominio suo quod ibidem habent; de eis tenendas non nomine ecclesie de Keninton' sed ad firmam quoad vixero, reddendo inde annuatim octo solidos sterlingorum ad duos terminos, scilicet, ad festum sancti Michaelis iiij^{or} solidos et ad Pascha iiij^{or} solidos et preterea vnum bisancium vel ij. solidos quos ecclesia de Keninton' nomine pensionis ecclesie beati Augustini ab antiquo annuatim debet impendere. Et ne id a fidelium memoria insolens seu maliciosa aboleret obliuio, presenti id pagina[3] et magistri Radulfi tunc temporis officialis archidiaconi sigilli apposicione curauimus roborari. Hiis testibus, Odardo de Witefeld, magistro Radulfo de Forda, Elya clerico de Rya etc.

De ix. acris apud Kenintune.

Sciant presentes et futuri quod ego Reginaldus de Cuninbrok dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui pro salute anime mee et antecessorum meorum et heredum meorum ix. acras terre apud Cumbrok in puram et perpetuam elemosinam quarum quinque acre et vna virgata in vno campo qui vocatur Stokrede, scilicet, inter regiam stratam que ducit de ecclesia de Keninton versus Langebregg' et stratam que ducit versus curiam de Cumbrok in longitudine et

[1] This word is not in the MS.

[2] In the margin in a later hand :—alta curia.

[3] MS. :—pagine.

inter terram dictorum abbatis et conuentus et pomerium meum in latitudine, et tres acre terre et tres virgate iacent in vno campo qui vocatur Keneberteshame, scilicet, inter terram dictorum abbatis et conuentus et mesuagium quod fuit Roberti de Cumbrok iuxta predictam stratam que ducit versus predictam curiam; habendas et tenendas dictis abbati et conuentui in puram et perpetuam elemosinam. Et ego dictus Reginaldus etc. | Hiis testibus, Micahele de Wlle, Gerardo et Thoma de Cumbrok etc. (Folio 294, v°.)

Carta Walteri de Dene de prato suo apud Kenitone.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus de Dene filius Anfredi de Dene dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam[1] pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum totum pratum meum in parochia de Keninton' quod iacet in prato quod vocatur Blethemede inter pratum Elye de Cumbrok versus austrum et pratum Roberti de Bertun' et eius participes versus aquilonem et pratum Ricardi de Bouton' et Hereberti Guagi versus orientem et pratum Stacii de Marcheshamme et eius participium versus occidentem; tenendum et habendum dictum pratum dictis abbati et conuentui et eorum successoribus de me et heredibus meis libere et quiete, bene et in pace in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ad faciendum pitanciam in conuentu suo die anniuersarii obitus mei in perpetuum. Et ego predictus Walterus et heredes mei warantizabimus etc. Et vt hec mea donacio et concessio etc. Hiis testibus, Thoma filio Maynardi de Capella, Henrico Pugnant, Fulcone fratre et pluribus aliis.

Carta Thome de Molendino in Keninton'.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Thomas de Molendino filius Rogeri de Molendino in Keninton' salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse in puram et perpetuam elemosinam Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui totam hereditatem meam quam habui in Keninton' de tenemento sancti Augustini Cantuarie in terris, redditibus, pratis, pascuis, silua et aqua et molendinis et in omnibus aliis rebus que me iure hereditario contingebant vel que contingere poterunt de eodem tenemento; habendam et tenendam predictis abbati et conuentui in puram et

[1] This word is not in the MS.

perpetuam elemosinam in perpetuum. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, Henrico de Wyntersell' tunc senescallo sancti Augustini, Daniele capellano, Iohanne de Elherst' etc.

(Folio 295, r°.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Thomas filius Rogeri de Molendino de Keninton salutem. Notum vobis facio quod Henricus frater meus dedit et concessit Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime sue et antecessorum et successorum suorum totam terram quam ipse in vita sua plenius possedit tam de hereditate quam de adquisicione de cuiuscumque sit tenemento cum parte sua molendini vnius et cum domibus, redditibus, bosco, et prato et aliis pertinenciis omnibus; tenendam et habendam predictis abbati et conuentui libere, quiete cum omnibus pertinenciis in puram et perpetuam elemosinam, sicut predictum est. Et ego predictus Thomas dictum donum predicti Henrici fratris mei et concessionem[1] confirmo et pro me et heredibus meis ratam[2] habeo, ita quod ego et heredes mei in predicta terra cum pertinenciis antedictis calumpniam aliquam vel clamium habere non poterimus. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, domino Iohanne rectore ecclesie sancte Margarete in Cantuaria, Henrico de Wyntersell', Iohanne de Leketon' et multis aliis.

De quietaclamacione duorum solidorum et iij. gallinarum.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Thome remisi et quietumclamaui pro me et heredibus meis domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum ij. solidos annui redditus et iij. gallinas quos michi annuatim debuit Robertus filius Huardi de iiij. acris terre que vocantur Rugefeld et de j. acra et quarta parte vnius acre que iacent inter terram Kenewold et medietatem campi qui vocatur Waldfpot. Et vt hec mea donacio et concessio etc. Hiis testibus, Thoma de Merile, Waltero de Dene, Iohanne de Snaues etc.

De vna virgata prati apud Keninton'.

Sciant presentes et futuri quod ego Gerardus de Cumbrok dedi, concessi etc. domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam vnam virgatam prati mei cum omnibus pertinenciis suis que iacet in latitudine inter boscum de Cumbrok et sturam que currit apud

[1] MS. :—concessione. [2] MS. :—rata.

Cantuariam et extendit in longitudine | versus occidentem ad terram Elye de Cumbrok et ex altera parte ad predictum boscum de Cumbrok versus orientem; tenendum et habendum etc. Hiis testibus, Henrico de Wintersell', Iohanne de Helherst', Michaele[1] de Vle etc. (Folio 295, v°.)

De redditu xij*d.*

Sciant presentes et futuri quod ego Godefridus filius Godefridi de Wy dedi et concessi etc. Thome de Cumbrok et heredibus suis xij*d.* quos Stephanus de Becwell' annuatim michi reddere solebat pro parte mea de molendino de Clutemel'; tenendos et habendos etc. Testibus, Henrico de Wintersell', Iohanne de Helherst, Adam de Wilminton etc.

Carta Henrici filii Roberti de Merile.

Nouerint omnes presens scriptum visuri vel audituri quod ego Henricus filius Roberti de Merile dedi et concessi etc. Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam et puram et perpetuam elemosinam vnam acram bosci iacentem in quodam campo qui vocatur Bromhokeswod' inter boscum qui fuit Thome filii Roberti et boscum heredum Ade Turegod'; habendam et tenendam etc. Et vt hec mea donacio etc. Testibus, Fulcone Pereifer', Nicolao de Gerund', Galfrido de Merile etc.

Item de quodam bosco in Merile.

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo Voch filius Willelmi de Wetehecre dedi etc. Roberto abbati sancti Augustini et conuentui eiusdem loci in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum boscum meum iacentem inter boscum Galfridi de Merile et boscum qui fuit Thome de Merile; habendum et tenendum etc. Et ego dictus Hamo et heredes mei defendemus predictum boscum versus dominos feodi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis, et warantizabimus contra etc. In cuius rei testimonium etc. Testibus, Roberto de Merele, Iordano Koc, Iordano de Cruce etc.

Item de quodam bosco apud Lenham.

(Folio 296, r°.)

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Andreas filius Ricardi de Merile dedi, concessi etc. Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam et puram et perpetuam elemosinam totum boscum meum quem tenui de tenemento de

[1] MS. :—Mch'.

Schaldefeld capitantem in longitudine versus norht ad boscum Alexandri de Hores et versus suht ad boscum quem vendidi Galfrido de Merile et in latitudine versus east et west inter boscum Nicolai de Gerunde et boscum Willelmi filii Roberti de Merile; tenendum et habendum etc. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, Galfrido de Merile, Roberto de la Le, Iordano Kok etc.

De quadam crofta.

Sciant presentes et futuri quod ego Oswardus filius Walteri dedi etc. Godinggo de Mereden' vnam croftam terre mee[1] que iacet inter Colesland et magnum cheminum de Lenham; tenendam et habendam etc., defendendo versus curiam de Lenham, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum denarium ad festum sancti Michaelis. Pro hac autem donacione etc. Testibus, Willelmo de Lifleu'ston, Roberto de Merile, Henrico de Rumham.

Carta Willelmi de Hardres de redditu vj. denariorum.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris Willelmus filius Luce de Northardres salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti etc. abbati sancti Augustini et conuentui eiusdem loci in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum vj. denarios quos Petrus[2] de Makeland capellanus tenebatur reddere michi et heredibus meis pro vendicione quam feci predicto Petro tocius hereditatis que me contingebat in Schaldefeld et in Wulkinden' ex parte Isabelle matris mee, sicut carta inter me et dictum Petrum de predicta vendicione confecta testatur et ostendit. In cuius rei testimonium [etc.]. Hiis testibus, Roberto de Neireford', Roberto de Auberuill', Berteramo de Croil etc.

(Folio 296, v°.) (4 Nov. 1220–3 Nov. 1224.)

De quadam terra in Liffletune.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Eylgari dedi et concessi et hac etc. domino Hugoni abbati sancti Augustini et conuentui eiusdem loci in puram et perpetuam elemosinam pro animabus antecessorum et successorum meorum vnam partem terre mee in Lifflettun in campo qui vocatur Estfeld' que iacet inter terram Iacobi fratris mei que est ex parte versus suth et terram Cristine de Elwrigestun' que est ex parte versus north, que continet vnam virgatam in latitudine versus norht et sudh, et que est ex parte

[1] MS. :—me. [2] This and the preceding word are repeated.

versus west vsque terram meam propriam que est ex parte versus east. Et sciendum quod predicta terra habet in latitudine ex parte orientis duas virgatas. Et ego predictus Willelmus et heredes mei defendemus totam predictam terram versus dominos feodi de omni seruicio et consuetudine, et predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus etc. In cuius rei testimonium etc. Testibus, Roberto de Tremfeld, Thoma de Schaldefeld, Petro fratre eius etc.

De quadam graua. Ista debet[1] esse superius.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Iocyi de Hokardinden' dedi et concessi abbati sancti Augustini et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam totam grauam meam que vocatur Piremannesgraue cum omnibus pertinenciis quam emi de Henrico filio Nigelli de Hope; tenendam et habendam etc. Et ego dictus Willelmus et heredes mei defendemus predictam grauam versus dominos feodi simul et warantizabimus contra omnes homines et feminas etc. Hiis testibus, Iohanne Terri, Thoma de Snaues, Radulfo de Camp' etc. Piremannesgraue.[2]

Cirographum inter nos et Simonem filium Ade apud Lenham.[3]

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Rogeri de Molendino de Keninton' dedi etc. domino Roberto sancti Augustini Cantuarie abbati et eiusdem loci conuentui ij. acras terre mee in quodam campo qui dicitur Meletheye que iacent in latitudine inter terram meam versus austrum et inter [terram][4] Walklini Carbonarii versus boream et extendunt in longitudine ad terram Dionisie relicte Aluredi de Keninton', versus orientem et extendunt in longitudine versus occidentem ad terram Symonis filii Godmanni; tenendas et habendas de me et heredibus meis pro salute anime mee et antecessorum meorum in perpetuam et puram elemosinam, saluo pleno redditu dictis abbati et conuentui quem ante tempus istius doni consueui persoluere de me et heredibus meis persoluendo. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Henrico de Wyntersell', Raginaldo de Cumbrok, Iohanne de Helherst' etc. (Folio 297, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Stephanus de Bukewelle vendidi concessi etc. Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem De Clittemelle in Keninton'.[5]

[1] MS. :—debēt : see fol. 292 r° for the right place. [2] In a later hand.
[3] Three lines of writing are erased here ; 'quere in secundo folio sequente.'
[4] Not in MS. [5] In a later hand.

loci conuentui molendinum quod vocatur Clittemelle cum pertinenciis quod est inter tenementum de Wy et tenementum predicti abbatis in Keninton'; habendum et tenendum predicto abbati sancti Augustini et successoribus suis et eiusdem loci conuentui libere etc., faciendo inde seruicium dominis predicti molendini, scilicet, iij. solidos annuatim pro omni seruicio, secta et demanda. Pro hac vendicione, concessione etc. dederunt mihi predicti abbas et conuentus xij. marcas sterlingorum. Et ego predictus Stephanus et heredes mei warantizabimus etc. Et vt hec mea vendicio etc. Testibus, Henrico de Wyntersell', Willelmo Tessun, Walerando de Cyrinton' etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Iordanus filius Radulfi de Dudestune dedi etc. Thome de Cuningbrok et heredibus suis xij*d.* liberi redditus mei quos Stephanus de Bukwell' annuatim michi reddere solebat pro parte mea de molendino de Clitemell'; habendos et tenendos dicto Thome et heredibus suis vel cuicumque etc. Et ego predictus Iordanus et heredes mei warantizabimus etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Thomas viij. solidos. In cuius rei testimonium etc. Testibus, Henrico de Wyntersell', Iohanne de Helherst', Ada de Wylm' etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus filius Radulfi de Dudestune dedi etc. Thome de Cuningbrok et heredibus suis xij*d.* liberi redditus mei quos Stephanus de | Buckewell' annuatim michi reddere solebat pro parte mea de molendino de Clitemelle; habendos et tenendos dicto Thome et heredibus suis vel cuicumque etc. Et ego predictus Walterus et heredes mei warantizabimus dicto Thome etc. Pro hac autem donacione, concessione dedit michi predictus Thomas viij. solidos sterlingorum. Ne igitur de hoc facto etc. Testibus Henrico de Wintersell', Iohanne de Helherst', Adam de Wylminton etc.

(Folio 297, v°.)

Keninton'.[1] (Before Nov. 1212.)[2]

R. Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus eiusdem loci vniuersis sancte matris ecclesie fidelibus perpetuam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et tradidisse xl^a^ acras de terra nostra de Chunigbrok Galfrido filio Normanni de Essedesford et heredibus suis, tenendas de beato Augustino et de nobis in gauelikendam, reddendo inde nobis annuatim xiij. solidos iiij^or^*d.* in duobus terminis pro omni seruicio, in media xl^a^, scilicet, vj. solidos et viij*d.*, et in festo sancti Michaelis vj. solidos et viij*d.* : et vt supradictus Galfridus et heredes sui supradictam terram hereditarie

[1] In a later hand.

[2] The witness, Helyas de Rya, proves that this is not a grant of Abbot Robert.

de nobis teneant, dedimus ipsi Galfrido super hoc cartam nostram sigillo nostro ecclesie nostre roboratam. Et ipse pro hac re dedit nobis xl. solidos. Testibus, Iohanne filio Vyuiany, Teodbaldo filio eius, Helya clerico de Rya etc.

Anno ab Incarnacione Domini M° C° lvij° recepit Guillelmus pres- (1157.)
biter de Hathwoldindanna de Siluestro abbate medietatem de Newendenna, tenendam eam vsque ad vij. annos, reddendo de ea singulis annis in manerium de Kenintuna ij. solidos pro omni consuetudine. Recepit eciam quandam partem terre quam ipse Guillelmus prius tenuerat de Wlmaro clerico per duos denarios, tenendam ipsam terram in dominio de ipso abbate vsque ad predictum terminum, reddendo ipsi abbati predicto duos denarios quos solebat reddere predicto Wlmaro. Et ipse abbas pactus est eam adquietare de omni re interim versus Wlmarum. Testibus hiis, Gwillelmo priore, Galfrido de Thiseya, Andrea clerico et aliis etc.

Sciant presentes et futuri quod ego magister Iordanus rector ecclesie de Parua Chert concessi et in bona fide promisi et hac presenti carta confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem | loci (Folio
conuentui quod terram de Marreg' que est de tenemento dicti abbatis [1] 298, r°.)
et conuentus quam emi de Galfrido de Marrege non vendam neque dabo ecclesiis vel domibus religiosis. Et ad hoc obseruandum obligaui heredes meos, et omnes quibus dare vel vendere voluero ad idem faciendum obligabo. Et vt hec mea concessio et promissio et huius carte confirmacio rata et stabilis permaneat huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Henrico de Wintersell', Huawardo de Bikele, Rogero Cok etc.[2]

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud West- (Folio
monasterium a die Pasche in tres septimanas anno regni regis Henrici 298, v°.)
filii regis Iohannis tricesimo quarto | coram Rogero de Turkeby, De Beytone.
Iohanne de Cobeham, Alano de Swassand et Roberto de Brus (April,
iusticiariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter 1250.)
Robertum abbatem sancti Augustini querentem et Simonem filium (Folio
Ade deforciantem de consuetudinibus et seruiciis que idem abbas 299, r°.)
exigebat de predicto Symone de libero tenemento suo quod de predicto abbate tenet in Reytun'; et vnde idem abbas exigebat de predicto Simone quod redderet ei per annum vnam marcam argenti et quod faceret sectam ad curiam ipsius abbatis in Lenham de tribus septimanis pro predicto tenemento; que seruicia idem Symon non recognouit.

[1] MS. :—abbati. [2] At this point nearly two pages are blank.

Vnde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod predictus Simon recognouit et concessit pro se et heredibus suis quod ipsi de cetero reddent singulis annis predicto abbati et successoribus suis et ecclesie sancti Augustini Cantuarie vnam marcam argenti ad Pentecosten, scilicet, in abbacia sancti Augustini Cantuarie, et quod facient ad scutagium xx. solidorum, quando euenerit, xij*d.* et ad plus plus et ad minus minus et quod facient sectam ad curiam ipsius abbatis apud Cantuariam bis per annum, scilicet, semel ad curiam post festum sancti Michaelis et secundo ad proximam curiam post Pascha pro omni seruicio, consuetudine et raccione; et pro hac recognicione et concessione, fine et concordia idem abbas remisit et quietum clamauit de se et successoribus et ecclesia sua predicta predicto Symoni [2] et heredibus suis totum ius et clamium quod habuit in predicta secta de Lenham quam exigebat versus predictum Simonem in perpetuum. Et preterea idem abbas remisit et quietum clamauit de se et successoribus suis et ecclesia sua predicta predicto Symoni omnia areragia predicti seruicii et omnia dampna que dicebat se habuisse occasione detencionis predicti seruicii vsque ad diem quo hec concordia facta fuit.

De scutagio.[1]

(Folio 299, v°.) Sciant presentes et futuri quod nos Willelmus filius Wyberti de Hamme, Adam, Iohannes et Robertus filii Willelmi de Hamme, Wibertus filius Godwini de Hamme, Mauricius filius Stephani de Hamme, Walterus et Hugo filii Eylnodi de Hamme, Ricardus, Adam, Hamo, Mauricius filii Willelmi Franceis, concessimus et pro nobis et heredibus nostris quietum clamauimus abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui totum ius et clamium quod habuimus vel aliquo tempore habere potuimus in terra de Coleslande cum omnibus pertinenciis suis in villa de Lenham, tenendum et habendum dictis abbati et conuentui libere etc. Et nos dicti Willelmus etc. warantizabimus dictis abbati et conuentui predictam terram de Colesland cum omnibus pertinenciis contra omnes etc. Pro hac autem etc. dederunt nobis ij. marcas et dimidiam sterlingorum etc. Hiis testibus, Thoma de Merieleg', Willelmo de Liffletun', Iordano de Cruce etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus de Lenham dedi etc. Henrico filio Moysy et heredibus suis pro homagio et seruicio suo molendinum meum cum pertinenciis quod tenui de Roberto filio Kole; habendum et tenendum de me et heredibus meis libere et quiete, reddendo predicto Roberto pro me dimidiam marcam argenti annuatim et heredibus suis ad duos terminos, scilicet, in vigilia Asscencionis xl^a^*d.* vel in die ante nonam, in vigilia sancti Michaelis xl^a^ denarios vel in

[1] In a later hand. [2] MS. :—Symonis.

die ante nonam, et reddendo michi et heredibus meis annuatim xij*d.* ad duos terminos, scilicet, in die sancti Iohannis Baptiste vj*d.* et in die sancti Michaelis vj*d.*, et faciendo regale seruicium predicto Roberto et heredibus suis quantum pertinet ad iij. acras. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Iohanne de Bindested', Guidone de Selues, Roberto de la Diaie etc.

Sciant presentes et futuri presens scriptum visuri vel audituri quod ego Thomas filius Roberti de | Merileghe dedi etc. domino Roberto Dei gracia abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas acras de bosco meo iacentes continue inter boscum Ade Turghod et boscum Hamonis Voche; habendum et tenendum dictis abbati et conuentui sicut supra scriptum est libere, quiete etc. Et ego dictus Thomas et heredes mei defendemus predictas ij. acras bosci versus dominos feodi de omnibus seruiciis et warantizabimus contra etc. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, Roberto de Merile, Willelmo de Liffleton', Thoma filio suo etc. (Folio 300, r°.)

De Tenigfold.

Sciant presentes et futuri quod ego Eadild' filia Godwini vxor Aldwini Maklok concessu et assensu Aldwini Malrok mariti mei et heredum meorum, scilicet, Walteri filii Wlfech et Ricardi filii Alwini Malrok, concessi etc. R. abbati sancti [1] Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentui vnam virgatam terre et dimidiam cum omnibus pertinenciis suis in Tenigfold in bosco et in plano; tenendas de me [1] et heredibus meis iure hereditario, reddendo inde singulis annis michi et heredibus meis per manum Ailnothi de Snade vj*d.* et duas gallinas in Natali pro omni seruicio et consuetudine. Et prenominatus abbas et conuentus concesserunt michi et heredibus meis iij. acras terre et dimidiam de virgata terre integra in vna crophta; tenendas de predicto abbate et conuentui iure hereditario absque omni seruicio. Et de suo bosco proprio de Poppinge predictus abbas et conuentus concesserunt michi et heredibus meis terram que se defendit in curia de Lenham pro vj. acris, reddendo inde singulis annis vj*d.* pro omni seruicio. Et sepedictus abbas et conuentus pro hac donacione et concessione dederunt michi xij. marcas argenti. Hec conuencio facta fuit in curia [2] sancti Augustini penes Cantuariam in presencia R. abbatis eiusdem loci. Hiis testibus, Roberto filio Ricardi tunc senescallo, Rogero de Norburne, Foke Peyfer' etc.

[1] This word is not in the MS.

[2] In the margin in a later hand:—alta curia.

(Folio 300, v°.) (1223.) Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Bending' ob amorem et reuerenciam sancti Adriani dedi, concessi et hac presenti carta confirmaui abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum vnam virgam prati quod iacet inter pratum predictorum abbatis et conuentus apud Reyton' et inter Sturam. Et ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus predictis abbati et conuentui predictum pratum contra omnes homines etc. Facta est autem hec donacio, anno Domini M° CC° XX°iij. Et in huius rei robur et testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Petro de Welles, Roberto de Beremundesheya, Henrico de Hospreng' etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Galfridus filius Ade de Scharstede dedi et concessi etc. domino abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in liberam, puram et perpetuam elemosinam quatuor acras bosci mei cum pertinenciis in tenemento de Lenham, iacentes inter terram Nicholai de Gyrunde versus occidentem et inter vicum qui ducit versus boscum de Esseden' versus orientem, inter boscum domini abbatis versus austrum et inter boscum domini abbatis versus boream, et quinque acras terre mee cum pertinenciis que iacent apud Ankidele inter [terram][1] domini abbatis versus austrum et inter Dunstrete versus boream, et in latitudine inter terram domini abbatis versus orientem et terram domini abbatis versus occidentem; habendum et tenendum totum predictum boscum et prenominatam terram cum pertinenciis etc. Et ego predictus Galfridus et heredes mei warantizabimus, simul et defendemus totum predictum boscum et terram cum pertinenciis predicto abbati et conuentui et eorum successoribus contra etc. In cuius testimonium etc. Hiis testibus, Iohanne Terric', Iordano Koc, Roberto de la Le etc.

(1243.) Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Thurstani de Merileg' dedi etc. domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam tres acras terre mee cum pertinenciis in Wyuindan'; tenendas et habendas dicto abbati et conuentui et eorum successoribus libere etc. Et ego predictus (Folio 301, r°.) Willelmus et heredes mei warantizabimus | predictas tres acras cum pertinenciis dictis abbati et conuentui etc. Facta est autem hec donacio et concessio et huius carte confirmacio et recordata in curia de Lenham, anno Domini M° CC° xliij°. Hiis testibus, domino Iohanne Terric', Galfrido de Merileg', Iordano Cok etc.

[1] Not in MS.

Carta Hamonis et Pagani filiorum Willelmi de Merileg' de ix. acris terre in Wyuindane.

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo et ego Paganus filii Willelmi de Merileg' dedimus et concessimus etc. domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam nouem acras terre nostre cum pertinenciis in Wyuindane; tenendas et habendas etc. Et nos predicti Hamo et Paganus et heredes nostri warantizabimus etc. Facta est autem hec conuencio etc. anno Domini M° CC° xliij°. (1243.)

Carta R. abbatis de xxx. acris pasture concessis Ade de Cherring' qui reddit per annum v. solidos ad curiam de Lenham.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit, R. humilis abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod nos concessimus et hac carta nostra confirmauimus Ade de Cherring' et heredibus suis xxx^a^ acras terre nostre de quadam pastura que iacet prope domum Elmeri filii Brunstani[1] iuxta viam que extenditur ad partem australem et septemtrionalem versus Syndan' in tenemento nostro de Lenham super montes; tenendas hereditarie de nobis, reddendo inde nobis annuatim v^que^ solidos de gabula in curia de Lenham in duobus terminis, scilicet, in festo sancti Michaelis xxx*d.*, in Pentecosten xxx^a^*d.* pro omni consuetudine et seruicio. Preterea clamauimus quieta predicto Ade et heredibus suis clamium nostrum de duobus solidis de mala[2] de iugo de Schaldefeld et clamium faciendum de brasio faciendo de eodem iugo et clamium de terra Leffwy que fuit Iacobi, saluis omnibus aliis | seruiciis et consuetudinibus que prenominatus Adam debet de omnibus tenementis suis que tenet de beato Augustino, et saluo iure eiusdem Ade et heredum suorum de omnibus tenementis suis ad curiam de Lenham pertinentibus que ipse Adam tenuit eodem die quo conuencio ista facta fuit in curia beati Augustini Cantuarie. Pro hac igitur concessione et carte nostre confirmacione et clamiorum nostrorum quietacione sepedictus Adam reddit nobis vnam virgatam terre in Tengefald cum omnibus pertinenciis suis et dimidium boscum de Popping' quieta a se et heredibus suis sicut ius ecclesie beati Augustini. Facta est autem hec conuencio anno ab Incarnacione Domini M° CC°[3] xcvj. anno coronacionis domini regis Ricardi vij°, viij° kalend' Septembris Luna xxvij. die Dominica. (25 Aug. 1196.) (Folio 301, v°.)

[1] Above this word is written *filii Elmeri.*

[2] For the word *mala*, meaning 'payment', see Vinogradoff's *Villainage in England*, p. 183.

[3] *Sic.*

Hiis testibus, magistro Fermino, magistro Rudolfo de Ford', Hugone clerico et aliis.

De xiiij. solidis redditus concessis magistro Rogero rectori ecclesie de Lenham et de xvij. tam gallis quam gallinis reddendis quoad vixerit.

(1224-1253.) Omnibus Cristi fidelibus presens etc., Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse magistro Rogero rectori ecclesie de Lenham quoad vixerit xiiij. solidos liberi redditus nostri in tenemento nostro de Lenham cum homagiis, releuiis, escaetis et omnibus aliis pertinenciis suis, quos annuatim in iiij. anni terminis de tenentibus nostris de Lenham percipere solebamus, scilicet, ad Pascha, de Ada pistore viij*d.*, de Leueta vj*d.*, de Willelmo pistore vj*d.*, de Benedicto sutore vj*d.*, de Rogero mercatore vj*d.*, de Symone mercatore vj*d.*, de Emma de Mercato iiij^{or}*d.*, ad festum sancti Iohannis Baptiste de eisdem tantum, ad festum sancti Michaelis de eisdem tantum, ad festum sancti Thome apostoli de eisdem tantum quos nobis ferre solebant, et xvij. tam gallos quam gallinas, quos Robertus (Folio 302, r°.) Husebund quatuor gallinas | et vnum gallum, Galfridus Faber ij. gallinas, Galfridus de Merle iij. gallinas et j. gallum, Henricus de Reytun' j. gallum et j. gallinam, Hamo Ealde de Merile ij. gallinas et j. gallum, Henricus Pipere j. gallinam ad Natale Domini nobis ferre consueuerunt. Ita, videlicet, quod dictus Rogerus eandem potestatem habeat quoad vixerit eos destringendi quam nos habuimus quando dictum redditum in manibus nostris tenuimus. Post obitum, autem, dicti Rogeri redditus memoratus tam denariorum quam gallinarum libere et sine aliqua contradiccione vel inpedimento ad nos reuertetur. In cuius rei testimonium, presenti scripto cyrographato sigillum capituli nostri fecimus apponi et alteri parti cyrographi dictus Rogerus sigillum suum apposuit.

Carta Rogeri de Lurdingeden' de quadam terra que dicitur Hamme.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius magistri Rogeri de Lurdingedon' dedi etc. Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui quandam terram in Lenham que vocatur Hamme, circiter v. acras continentem, cum homagiis, redditibus et viuariis et omnibus aliis ad predictam terram pertinentibus; tenendam et habendam de me et heredibus meis libere, quiete in liberam, puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Et ego

dictus Iohannes et heredes mei warantizabimus etc.; ad que omnia fideliter warantizanda me et heredes meos fide media obligaui. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Iohanne Terri, Iohanne de Elherst', Willelmo de Hamme et multis aliis.

Quietaclamacio Rogeri et Iohannis filiorum Gileberti de Lurding' de quadam[1] terra in villa de Lenham que vocatur Colesbrok.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus et Iohannes filii Gileberti de Lurdingeden' dimisimus et quietumclamauimus pro nobis et heredibus in perpetuum abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totum ius et clamium quod habuimus vel habere potuimus in quadam terra in villa de Lenham que vocatur Colesbrok cum omnibus pertinenciis. Pro hac autem dimissione et | quietaclamacione nostra dedit nobis R. de Bello abbas eiusdem loci xxxvij. solidos et confirmauit nobis duas partes nos contingentes in terra que fuit Willelmi de Copentri. Facta est autem dimissio etc. anno domini Henrici regis filii Johannis regis xij. Et in huius rei testimonium etc. Thoma de Merileg', Roberto de Bermundesheye, Willelmo de[2] Lifflett' etc.

(28 Oct. 1227–28 Oct. 1228.)

(Folio 302, v°.)

Carta Henrici filii Moysi de molendino in Lenham concesso abbati et conuentui sancti Augustini.

Sciant presentes et futuri quod ego Henricus filius Moysy dedi etc. Deo et sancto Augustino Cantuarie et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam molendinum meum cum pertinenciis suis in Lenham, quod habui de dono Radulfi de Lenham pro homagio et seruicio meo, simul cum dimidia acra que iacet iuxta stagnum versus east quam teneo de Rogero de Lenham, et vnam viam que ducit de foristallo[3] quod fuit Turcetini molendinarii vsque ad predictum molendinum ad latitudinem vnius virge quam teneo de heredibus Radulfi Nigri; tenenda et habenda de me etc. Et vt ego predictus Henricus vel heredes mei contra predictum donum et elemosinam meam venire non possimus, presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma de Merile, Roberto de Tremfeld, Ricardo senescallo et quibusdam aliis.

[1] This and the preceding word are repeated after *terra*.

[2] This word is repeated.

[3] This word is said to mean 'an encroachment on the high road'; perhaps here it means 'a shed'.

Carta Hamonis et Nicolai filiorum Elmeri de Merileg' et Mauricii filii Furstani de terra in Wiuendane apud Plumsted.

(1243.) Sciant presentes et futuri quod ego Hamo et ego Nicholaus filii Elmeri de Merileg' et ego Willelmus et ego Mauricius filii Furstani de Merileg' dimisimus et quietumclamauimus domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et conuentui eiusdem loci in perpetuum totum ius et clamium quod habuimus in campo qui vocatur Wyuendane iacente in tenemento de Lenham; habendum et tenendum etc. Hec autem dimisio facta fuit anno Incarnacionis Domini M° CC° xliij° etc. In huius autem rei testimonium etc. Hiis testibus, Thoma de Wyuelesberg', Iordano Skot, Roberto de la Le et aliis.

Sciant presentes et futuri quod ego Mabilia filia Roberti de Merileg' dedi etc. Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus | pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui de duabus acris bosci cum pertinenciis iacentibus in tenemento de Merileg', quarum longitudo extenditur versus orientem ad terram que vocatur Bromhole et versus occidentem ad terram Nicholai de Gerund' et in latitudine inter boscum domini abbatis qui est versus north et boscum Hamonis filii Willelmi qui est versus suth; habendum et tenendum totam predictam terram bosci cum pertinenciis suis predicte ecclesie, abbati et fratribus eiusdem loci libere etc. Et ego predicta Mabilia et heredes mei warentizabimus et defendemus etc. Et hec mea donacio etc. Hiis testibus, Thoma de la Le, Iordano de Cruce, Iordano Cok et multis aliis.

(Folio 303, r°.)

Carta Hamonis filii Mathei de Merile de viij. acris in Wyuendan'.

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo filius Nicholai de Merile dedi etc. et quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute etc. in liberam, puram etc. totum ius et clamium quod habui vel aliquo tempore habere potui de octo acris terre mee iacentibus in campo qui vocatur Wyuendan', quarum longitudo extenditur ad terram domini abbatis que est ex parte orientali et versus occidentem ad tenementum de Heriardeham, et in latitudine iacent inter Dustratam que est ex parte boreali et terram predicti abbatis que est ex parte australi; habendum et tenendum totam predictam terram etc. Et ego predictus

Hamo et heredes mei warantizabimus et defendemus etc. contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio etc. Testibus Thoma de la Le, Iohanne Grangear', Iohanne de Rumham etc.

Carta Henrici de Merileche et Hugonis de quietaclamacione quam Mabilia soror nostra fecit abbati et[1] conuentui sancti Augustini.

Nouerint vniuersi hoc scriptum presens visuri vel audituri quod ego Henricus de Merileche et ego Hugo de Meril' filii Roberti de Meril' concessimus et confirmauimus et waurantizabimus et defendemus versus curiam de Lenham et versus omnes homines et feminas totam donacionem, concessionem et quietamclamacionem quam Mabilia soror nostra fecit ecclesie sancti Augustini Cantuarie et abbati et fratribus eiusdem loci Deo seruientibus de duabus acris bosci cum pertinenciis iacentibus in tenemento de Merileh', velud carta Mabilie sororis nostre aperte protestatur. In huius autem rei testimonium hoc presens scriptum sigillorum nostrorum inpressione roborauimus. Hiis testibus, (Folio 303, v°.) Thoma de la Le, Iordano de Cruce, Iordano Koc et aliis multis.

Carta Hamonis de Merileche filii Willelmi de dimidia acra bosci.

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo de Merilethe filius Willelmi de Wetekere dedi et[2] quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum ius et clamium quod habui vel aliquo tempore habere potui in dimidia acra bosci mei, iacente in tenemento de Merilethe, cuius longitudo extenditur versus orientem ad terram que vocatur Bromhoke et versus occidentem ad terram Nicolai de Gerund', et latitudo eius extenditur inter boscum meum que est versus suht et boscum qui fuit Mabilie filie Roberti qui est versus norht; habendum et tenendum totam predictam dimidiam acram bosci etc. sicut libera elemosina potest securius et liberius haberi vel teneri. Et ego predictus Hamo et heredes mei warantizabimus et defendemus predicte ecclesie et abbati et fratribus etc. contra omnes homines[3] et feminas. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Thoma de la Le, Iohanne Grangear', Iohanne de Rumham etc.

[1] This word is not in the MS.
[2] This word is repeated.
[3] This word is not in the MS.

Carta Thome de Schaldefeld de xj. acris terre et dimidia in campo qui vocatur Lese.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Schaldefeld filius Luce de Hardres dedi etc. domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam xj. acras et dimidiam terre cum omnibus pertinenciis suis in villa de Lenham, que iacent in campo qui vocatur Lese inter cheminum qui ducit versus Akemandele et terram predicti abbatis versus norht. Et sciendum quod de xvij*d.* quos annuatim in festo sancti Michaelis apud curiam de Lenham de eadem terra reddere solebam, decident de cetero vj*d.* et nisi xj. vlterius persoluam. Et ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus predictis abbati et conuentui totam predictam terram cum omnibus pertinenciis suis contra omnes homines. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Henrico de Wintershul', Willelmo de Liff', Roberto de Merileg' et aliis.

Carta Thome filii Luce de Niþerhardres de ij. solidis redditus et ij. gallinis et x. ouis concessis abbati et conuentui.

(Folio 304, r°.) Notum sit omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego Thomas filius Luce de Niþerhardres dedi et concessi etc. domino abbati sancti Augustini Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et parentum meorum in puram et perpetuam elemosinam totum redditum quem recipere solebam per manum Roberti Husebund' de tenemento quod de me tenuit, reddendum predictis abbati et conuentui per manum iamdicti Roberti et heredum suorum annuatim ad quatuor terminos anni, scilicet, ad Natale Domini vj*d.* et ij. gallinas, ad Pascha vj*d.* et x. oua, ad festum sancti Iohannis [1] Baptiste vj*d.*, et ad festum sancti Michaelis vj*d.* cum homagiis, releuiis, achaetis, et secta ad curiam de Lenham, ita quod de cetero nec ego Thomas nec heredes mei in predicto Roberto et heredibus suis aliquid iuris vendicare poterimus. Et vt hec mea donacio et concessio et carte mee confirmacio robur firmitatis inposterum obtineat, facta et recordata fuit in curia de Lenham. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, Thoma de Merile, domino Willelmo Peiforer, domino Thoma de Rauelingham etc.

[1] This word is not in the MS.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Hardres filius Luce de Hardres fide media et iuramento prestito[1] fateor me obligatum domino Roberto Dei gracia abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui ad omnem securitatem faciendam eisdem coram iusticiariis itinerantibus vel vbicumque elegerint et sibi viderint expedire de toto tenemento meo de Saldefeld, quod dedi et concessi dictis abbati et conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinenciis, sicut carta mea eis confecta et sigillo meo roborata plenius testatur. Et in huius rei testimonium sigillum meum presenti scripto apposui. Hiis testibus, Iohanne de Brumest', Thoma de Wyuelesberghe etc.

Notum sit omnibus quod ego Thomas de Saldefeld filius Luce dedi et concessi et hac presenti carta confirmaui Deo et conuentui sancti Augustini Cantuarie pro animabus antecessorum et successorum meorum quatuor acras de bosco meo cum omnibus pertinenciis suis in puram et perpetuam elemosinam [et][2] | duas acras propinquiores (Folio 304, v°.) in eodem bosco in escambium duarum acrarum eiusdem bosci qui dicitur Leswode cum omnibus pertinenciis suis, et extendunt predicte vj. acre inter boscum Iohannis de Mares proximo ex parte aquilonali et boscum meum proximo ex parte australi, versus orientem et occidentem inter boscum domini abbatis et terram meam; tenendum et habendum libere, quiete iure hereditario in perpetuum. Et vt hec mea donacio et carte mee confirmacio stabilis in perpetuum permaneat, presentem cartam meam [sigilli mei][3] munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma de Merile, Galfrido de Sarkstede, Willelmo de Runham etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Saldefeld dedi et (Folio 305, r°.) concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati Hugoni tercio et conuentui sancti Augustini Cantuarie duas acras terre mee cum bosco super astante que vocatur Herst, que iacet iuxta Okenefold boscum archiepiscopi versus suth; tenendas et habendas de me et heredibus meis predictis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie libere et quiete iure hereditario in perpetuum, reddendo annuatim michi et heredibus meis predictus abbas et conuentus duos denarios ad festum sancti Michaelis pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis. Et ego predictus Thomas et heredes mei defendemus predictas ij. acras terre cum bosco super astante versus dominos fundi et de omnibus seruiciis et demandis temporalibus. Et

De ij. acris bosci in Herst.[4] (Nov. 1220–Nov. 1224.)

[1] prefato, MS.
[2] Not in MS.
[3] Not in MS.
[4] In a later hand.

ego Thomas et[1] heredes mei warantizabimus predictas duas acras cum bosco predicto abbati et conuentui contra omnes homines et feminas in defencione et in omnibus aliis rebus per predictum seruicium. Pro hac autem donacione, concessione et carte mee confirmacione, facta et recordata in curia de Lenham et in curia de Winchelinge, dederunt michi predictus abbas et conuentus xx. solidos sterlingorum in gersumam. Et vt hec mea donacio et concessio firma et stabilis in perpetuum permaneat sigilli mei apposicione roboraui. Hiis testibus, Roberto de Tremeffeld, Thoma de Bauelingham, Thoma de Merlege etc.

(1223.) Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Saldefeld filius Luce de Nitherhard' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totam partem meam prati quod iacet in prato quod vocatur Prestesmed inter pratum predictorum abbatis et conuentus et pratum Petri fratris mei et vnum denarium de redditu quem percipere solebam de Elwrico de la Direfold annuatim ad festum sancti Michaelis, cum homagio predicti Elfrici et heredum suorum, pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Facta autem hec donacio et concessio et carte mee confirmacio anno Domini M° cc° xx° tercio et recordata in curia de Lenham. Hiis testibus, Roberto de Beremundeseie, Roberto de Tremfeld, Willelmo Iose etc.

(Mich. 1240–Mich. 1247.) Sciant presentes et futuri presens scriptum visuri vel audituri quod ego Thomas de Saldefeld filius Luce de Hardres dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto Dei gracia abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum tenementum meum de Saldefeld cum camera de petra superedificata cum gardino cum | boscis, planis, pascuis et omnibus pertinenciis cum hominibus suis et homagiis et eorum seruiciis, scilicet, de Elmero et Willelmo fratre suo v^que^ solidos et iij. denarios per annum, videlicet, de quadam terra que iacet inter boscum domini abbatis qui vocatur Herst' et terram Petri fratris mei que vocatur Medland', et de quodam bosco qui iacet inter terram Iordani et predictorum Elmeri et Willelmi, et de quadam terra que iacet[2] inter boscum de Winchelinge et terram que vocatur Brounhamme iuxta regiam stratam que vocatur Sindane ex parte occidentali, et ad festum sancti Andree decem denarios, ad festum sancti Thome apostoli vj. denarios, ad Pentecosten octodecim denarios et *ob.*, in Aduincula octodecim denarios et *ob.*, ad festum sancti Michaelis x*d.* ;

(Folio 305, v°.)

[1] This word is not in the MS.

[2] This word is not in the MS.

et preterea xij*d.* de Ricardo Brid de vno bosco qui iacet inter boscum Iohannis de Lurdingeden' et boscum Huthredi textoris, scilicet, ad Pentecosten vj*d.* et in Aduincula vj*d.*; et de Roberto de Merilege v*d.* de vna terra de Hamme, scilicet, ad Pentecosten ij*d.* et *ob.*, in Aduincula ij*d.* *ob.*, preterea totum ius meum quod habui in quatuor acris terre que iacent inter terram Galfridi de Merileg' et terram Reineri filii Wlurny, quam terram ego Thomas tradidi Galfrido de Merilege a festo sancti Michaelis proximo postquam Ricardus comes frater domini Henrici regis Anglie transfretauit versus terram Ierosolamitanam[1] vsque ad septem annos sequentes finaliter completos; de qua terra michi venire solebant annuatim octodecim denarii et due galline et decem oua; et de Henrico de la Strete j. denarium ad Natale de mesnagio Radulfi; habendum et tenendum totum dictum tenementum de Saldefeld quod tenui de abbate et conuentu sancti Augustini Cantuarie cum omnibus pertinenciis suis sicut supra nominatum est dictis abbati et conuentui et successoribus suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Et ego predictus Thomas de Saldefeld filius Luce de Hardres et heredes mei warantizabimus dictis abbati et conuentui et successoribus suis totum predictum tenementum de Saldefeld cum pertinenciis suis, sicut scriptum est, contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum, saluo seruicio domini regis et domini abbatis. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Roberto de Merileg', Iohanne de Brumest', Willelmo de Lifflet' etc.

(28 Oct. 1240–28 Oct. 1241.)

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos | dimisisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Thome filio Luce de Hardres nouemdecim acras arabiles de tenemento de Wichelinges; tenendas et habendas iure hereditario sibi et heredibus suis et cui eas vendere vel assignare voluerit ita libere et quiete sicut eas tenuimus secundum tenorem carte domini Iohannis de Mares quam nobis concessit et fecit de libertat*ibus* terre predicte, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris ipse et heredes sui vel sui assignati dimidiam libram cimini ad festum sancti Augustini ad curiam de Lenham pro omni seruicio, consuetudine et demanda temporali. Et nos dicti abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie et successores nostri warantizabimus dictas xix. acras predictis Thome et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas. Actum anno domini Henrici filii Iohannis regis xx° quinto. In cuius

(Folio 306, r°.)

[1] In June, 1240.

rei testimonium presenti scripto cyrographato, sigillum capituli nostri et sigillum predicti Thome altrinsecus[1] sunt appensa.

(Nov. 1239.) Notum sit omnibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Thomas de Saldefeld tradidi ad firmam Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui viij. acras terre mee que iacent inter chiminum quod vadit versus Esden' et boscum de Saldefeld; tenendas et habendas predictis abbati et conuentui de me et heredibus meis vsque ad finem xvj. annorum pro xlij. solidis et viij. denariis sterlingorum, et in fine predictorum annorum reuertetur tota predicta terra soluta et quieta in manus predicti Thome vel heredum suorum. Facta est autem hec conuencio anno Incarnacionis Domini M° cc° xxxix° mense Nouembri. In cuius rei testimonium sigilla predictorum abbatis et Thome huic scripto cyrographato altrinsecus sunt appensa. Hiis testibus, domino Iohanne Terri, Iohanne de Brumest', Willelmo de Liffletun' etc.

(29 Sept. 1234.) Hec est conuencio facta inter dominum R. abbatem sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentum ex vna parte et Thomam de Saldefeld ex altera videlicet, quod predictus Thomas tradidit ad firmam predictis abbati et conuentui ix acras terre sue cum pertinenciis iacentes inter gardinum suum et boscum suum pro l^ta^ solidis sterlingorum quos premanibus recepit [a][2] predictis R. abbate[3] et conuentu; tenendas et habendas a festo sancti Michaelis proximo post consecracionem Edmundi Cantuariensis archiepiscopi, vsque ad finem sexdecim annorum proximo sequencium, libere et quiete, pacifice absque omni inpedimento, ita tamen quod predictus Thomas vel heredes sui racionabilem clausturam ad predictam terram claudendam de bosco suo inuenient per predictum terminum. | Preterea si predictus R. abbas vel conuentus aliquem custum predicte terre infra nominatum terminum pro defectu predicti Thome ad predictam terram defendendam inposuerunt, predictus Thomas vel heredes sui antequam predictam terram recipiant predictum custum predictis R. abbati et conuentui plenarie per visum legalium hominum persoluent; finito vero predicto termino predictus Thomas vel heredes sui predictam terram solutam et ab omni inpedimento quietam, soluto predicto custo predictis R. abbati et conuentui[4], recipient. Predictus autem Thomas et heredes sui warantizabunt predictam terram cum pertinenciis predictis R. abbati et conuentui etc. Hanc

(Folio 306, v°.)

[1] MS. :—astucius. [2] Not in MS. [3] MS. :—abbati.
[4] MS. :—conuentu.

conuencionem firmiter et fideliter obseruandam pars vtraque promisit et ad maioris securitatis cautelam presenti cyrographo sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus domino T. de Merile, Iohanne de Leiton' etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus de Saldefeld filiis Luce de Hardres dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino abbati sancti Augustini et eiusdem loci conuentui pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam xj. acras et dimidiam terre mee cum omnibus pertinenciis suis in villa de Lenham, que iacent in campo qui vocatur Lese inter[1] chiminum qui ducit de cruce ad domum Willelmi filii Gerardi et terram predicti abbatis versus suth. Et sciendum quod de xvij*d.* quos annuatim in festo sancti Michaelis apud curiam de Lenham de eadem terra reddere solebam decident de cetero vj*d.*, et nisi vndecim vlterius persoluam. Et ego predictus Petrus et heredes mei warantizabimus predictis abbati et conuentui totam predictam terram cum omnibus pertinenciis etc. Et vt hec mea donacio et concessio firma et stabilis in perpetuum permaneat presens scriptum [sigilli mei] munimine roboraui. Hiis testibus, Henrico de Wintershalle, Willelmo de Leffletun etc. (Folio 307, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus de Saldefeld dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati Hugoni tercio et conuentui sancti Augustini Cantuarie duas acras et dimidiam terre mee cum bosco super astante que vocatur Herst que iacet iuxta Okenefold boscum | archiepiscopi versus suth; tenendas et habendas de me et[2] heredibus meis predictis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie libere et quiete iure hereditario in perpetuum, reddendo annuatim michi et heredibus meis predictus abbas et conuentus ij*d.* ad festum sancti Michaelis pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis. Et ego Petrus et heredes mei defendemus predictas ij. acras terre et dimidiam cum bosco super astante versus dominos fundi de omnibus seruiciis et demandis temporalibus. Et ego predictus Petrus et heredes mei warantizabimus predictas duas acras et dimidiam cum bosco predicto abbati et conuentui contra omnes homines et feminas in defencione et in omnibus aliis rebus per predictum seruicium. Pro hac autem donacione etc. facta et recordata in curia de Lenham et in curia de Wichelinge dederunt michi predictus abbas et conuentus xx*s.* sterlingorum in geresumam. Et vt (Nov. 1220–Nov. 1224.) (Folio 307, v°.)

[1] MS.:—in. See fol. 303 v° in the corresponding charter of Thomas de Saldefeld.
[2] This word is not in the MS.

hec mea donacio firma et stabilis in perpetuum permaneat sigilli mei apposicione roboraui. Hiis testibus, Roberto de Tremefeld, Thoma de Bauelingeam etc.

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus de Saldefeld filius Luce de Hardres dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum viij. acras bosci mei in Saldefeld cum omnibus pertinenciis suis quas dictus abbas fossato claudere fecit, ita, scilicet, quod totum dictum fossatum ad dictum boscum debet pertinere; tenendas et habendas dictis abbati et conuentui libere et quiete in perpetuum. Et ego predictus Petrus et heredes mei defendemus dictum boscum cum pertinenciis suis versus dominos fundi simul et warantizabimus contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et concessio et carte mee confirmacio firma et stabilis in perpetuum perseueret presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma de Merile, Thoma filio Luce de Hardres etc.

Sciant presentes et futuri presens scriptum visuri vel audituri quod ego Petrus de Saldefeld filius Luce de Hardres dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino R. abbati Dei gracia sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum tenementum meum de Saldefeld cum domibus superedificatis cum gardino [1], boscis et planis et hominibus et eorum homagiis, seruiciis, consuetudinibus debitis, scilicet, de tenemento quod vocatur Bixeland xl. denarios per annum et quatuor gallinas et l. oua videlicet, de Henrico Le Weyte ad Pentecosten viij. denarios et *q*ª, et ad Vincula viij. denarios; et de Willelmo filio Gerardi ij*d.* et iij. *q*ª ad Pentecosten, et in Aduincula ij. denarios et iij. *q*ª; et de Ricardo filio Roberti de Bire ad | Pentecosten iij*d.* et *ob.*, et in Aduincula iij*d.* et *ob.*; et de Thoma filio Wlr*un* ad Pentecosten vᵍᵘᵉ denarios et *ob.*, et in Aduincula v*d.* et *ob.*; et preterea dicti Willelmus, Ricardus et Thomas ad Pentecosten vnum quadrantem, et predicti quatuor ad Natale quatuor gallinas, et ad Pascha lᵗᵃ oua; et de Willelmo de Merile ad festum sancti Thome apostoli iij*d.* et j. *q*ª, et in Ramis Palmarum iij*d.* et j. *q*ª; et ad Pentecosten ix denarios et dimidium quadrantem, et ad festum sancti Iohannis iij*d.* et in Aduincula vndecim denarios et iij. *q*ª, et ad Natale dimidiam gallinam, et ad Pascha x. oua, et arabit per annum xxxᵗᵃ pedes et metet xxxᵗᵃ pedes, et faciet vnum aueragium et dimidium,

(Folio 308, rᵒ.)

[1] MS. :—cardino.

et dabit ad donum vicecomitis iij. *q*ª, et ad porcheriam et berkeriam *ob.*, et ad faldam *q*ª, et ad suettem vnum quadrantem, et ad pratum falcandum et orreum coperiendum et purchgard claudendum ij*d.*, et ad festum sancti Michaelis ix. *d.* et *q*ª de redditu ; habenda et tenenda omnia predicta cum pertinenciis suis libere et quiete iure et in pace dictis abbati et conuentui in perpetuam elemosinam sicut supranotatum est. Hanc igitur donacionem et concessionem et presentis carte mee confirmacionem vt firma et stabilis in perpetuum permaneat sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Roberto de Merilege, Iohanne Brunest', Thoma de Hardres etc.

(28 Oct. 1240–28 Oct. 1241.)

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos communi consensu dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Petro filio Luce de Hardres et Alicie vxori sue xl. solidos, a nobis quoad vixerint singulis annis percipiendos, scilicet, ad festum sancti Michaelis xx*s.* ad Pascha xx*s.* ; preterea vnum smalpeis et vnum galonem ceruisie mixte et duo fercula[1] cuiuscumque potagii singulis diebus ; insuper duas carectatas bosci ad ignem suum per nos vsque ad Cantuariam ad domum suam cariendas. Si autem alter eorum decesserit, remanebunt illi qui superuixerit[2] xx. solidi tantum cum aliis supradictis ad totam vitam suam. Actum anno domini Henrici filii regis Iohannis xxº vtº. | In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum capituli nostri fecimus[3] apponi.

(Folio 308, vº.)

(Folio 309, rº.) (1242.)

Notum sit omnibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego Iohannes de Mares dimisi et quietumclamaui et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui totum ius et clamium et dominium quod habui in terra vna cum mesuagio et curtilagio Wyberti le Tailur', que se extendit in longitudine a terra Elmeri Atechildren vsque ad terram Wythtredi textoris versus suth et north, et iacet in latitudine inter regiam stratam et tenementum dicti abbatis ; habendum et tenendum dictis abbati et conuentui pro me et heredibus meis libere, quiete, in pace in perpetuum, saluo iure Thome de Hardres. Facta autem hec dimisio et concessio et quietaclamacio anno gracie Mº CCº xlº ijº. In cuius rei testimonium et robur presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma de Wyuelesberghe, Iordano Coc, Iordano de Cruce, etc.

[1] MS. :—fercula et. [2] MS. :—superuixerint. [3] MS. :—firmius.

Sciant presentes et futuri quod ego Sibilia filia Ricardi de Sornden' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et conuentui eiusdem loci totum ius et clamium quod habui vel in posterum michi contingere poterit in tenemento quod vocatur Sorndenne; habendum et tenendum de me et heredibus meis sibi et successoribus suis[1] cum omnibus pertinenciis suis, scilicet, in terris et in aquis, in redditibus, et homagiis et releuiis et in omnibus horum[2] pertinenciis sine aliquo retenemento ad opus meum vel heredum meorum hereditarie in perpetuum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum costard de libero redditu ad festum sancti Michaelis in cimiterio de Lenham pro omnibus michi et heredibus meis pertinentibus[3]. Et ego prefata Sibilia et heredes mei warantizabimus totum prefatum ius et clamium cum omnibus pertinenciis suis predicto Roberto abbati et conuentui et eorum successoribus per predictum seruicium vnius costard in perpetuum. Pro hac autem donacione et concessione et presentis carte mee confirmacione et sigilli mei warantizacione et inpressione, vt in eternum permaneat, predictus Robertus abbas sancti Augustini dedit michi Sibilie dimidiam marcam sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Thoma de Wyuelisberghe, Willelmo de Lefflet' etc.

(Folio 310, r°.)[4]

Carta Iohannis de Mares de quietaclamacione scutagii, taylagii, etc.

(28 Oct. 1236–28 Oct. 1237.)

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes de Mares dedi etc. Roberto abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie, in liberam et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, quod predicti abbas et conuentus liberi sint et quieti de me et heredibus meis de scutagio, de tayllagio, de donis, de exaccionibus et demandis omnibus de terris, scilicet, quas adquisierunt de Willelmo de Hardres et heredibus suis de tenemento meo de Wychelinge. Et ego predictus Iohannes de Mares et heredes mei warantizabimus predictis abbati et conuentui et aquietabimus eos de scutagio, de tayllagio, et aliis predictis in liberam et perpetuam elemosinam in perpetuum, sicut predictum est. Facta est autem hec donacio et carte mee confirmacio anno domini Henrici regis tercii xxj°. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Henrico de Wyntersell' tunc seneschallo, Iohanne de Wadinton', Ricardo Peinforer et multis aliis.

[1] MS. :—nostris.
[2] MS. :—heorum.
[3] MS. :—pertinenciis.
[4] Folio 309 v° is blank.

De xiiij. acris et dimidia bosci de Popping' concessis Willelmo de Moriston pro vj. solidis annui redditus.

Notum sit presentibus et futuris quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus concessimus et tradidimus in tenura de Lenham xiiij. acras et dimidiam de dominico bosco nostro de Poppinge Willelmo de Moriston'; tenendas de nobis ei et heredibus suis in gauelicunda, vj. solidos annuatim inde nobis reddendo pro omni seruicio, saluo romiscot et dono vicecomitis, ad curiam de Lenham in duobus terminis anni in festo sancti Thome apostoli, scilicet, iij. solidos et in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste iij. solidos. Sequetur autem ipse Willelmus et heredes eius post eum pro terra illa halimotum de Lenham et curiam abbatis cum necesse fuerit apud Cantuariam. Hiis testibus, magistro Radulfo de Ford', Iohanne filio Viuiany, Willelmo filis Baldewini, Stephano de Kenard' et pluribus aliis. (Before Nov. 1212.)

De terra de Torneham concessa Stephano Militi de Merceland unde reddit vj*d.* ad curiam de Lenham.

Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque conuentus vniuersis Dei fidelibus ad quos presentes litere peruenerint salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et confirmasse Stephano de Torneham militi terram de Mercelande que de tenemento nostro est; tenendam de nobis sibi et heredibus suis iure hereditario, reddendo inde nobis singulis annis vj*d.* de gabulo in curia nostra de Lenham in Pascha. Huius testes, Arnulfus de Bochtune, Iohannes de Thorneham, Gilebertus filius Hamonis et multi alii. (Before Nov. 1212.)

Carta Godwini de Thornden' de iiij.^{or} solidis et ix*d.* *ob.* redditus. (Folio 310, v^{o}.)

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus filius Godwini de Thornden' dedi etc. Ricardo filio Wluardi de Renham et heredibus eius iiij^{or} solidos sterlingorum et ix*d.* et *ob.* de redditu ad duos terminos, scilicet, ad festum sancti Michaelis ij. solidos iiij^{or}*d. ob. q^{a}* et ad Aduincula sancti Petri ij. solidos et iiij^{or}*d. ob. q^{a}*; quos denarios de redditu Hugo de Boycote et Edmundus mercator et Rogerus de Boycote et Eustacius frater eius et Iohannes de Hegham et Thomas filius Elfrey tenebantur reddere michi Ricardo de Thornden' annuatim in predictis terminis, scilicet, Hugo de Boycote xiiij*d.* ad

festum sancti Michaelis, et Eadmundus mercator x*d.* ad Aduincula beati Petri, et Rogerus de Boycote et Eustacius frater eius xvj*d.* ad ij. terminos, scilicet, ad Aduincula viij*d.* et ad festum sancti Michaelis viij*d.*, et Iohannes de Hegham x*d.* ad duos terminos, scilicet, ad Aduincula beati Petri v*d.* et ad festum Michaelis v*d.*, et Thomas filius Elfrey vij*d.* et *ob.* ad Aduincula beati Petri. Preterea sciendum est quod predictus Iohannes de Hegham et Thomas filius Elfrey debent de redditu ferre predicto Ricardo et heredibus suis in Natiuitate Domini annuatim duas gallinas iure hereditario. Hanc conuencionem prescriptam ego predictus Ricardus de Thornden' concessi predicto Ricardo filio Wlwardi et heredibus eius, tenendam et habendam de me etc., reddendo inde michi et heredibus etc. pro omni seruicio et consuetudine j*d.* in festo sancti Iohannis Baptiste. Et ego predictus Ricardus de Thornden et heredes etc. warantizabimus predicto etc. Pro hac mea etc. dedit michi predictus Ricardus v. marcas argenti. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Ayilnotho de Snades, Willelmo de Hammes, Turçetino de Tenigfald, etc.

(Folio 311, v°.)[1]

(1 Mar. 1333.)

Edwardus Dei gracia rex Anglie dominus Hibernie et dux Aquitanie taxatoribus et collectoribus decime et quintedecime in comitatu Kancie salutem. Ex parte dilecti nobis in Cristo abbatis sancti Augustini Cantuarie nobis est ostensum quod vos omnia bona et catalla villanorum ipsius abbatis in comitatu predicto, non deductis redditibus, seruiciis et custumis, que iidem villani prefato abbati reddunt et soluunt annuatim, que quidem redditus, seruicia et custume inter temporalia ipsius abbatis spiritualibus suis annexa ad decimam sunt taxata, et vnde idem abbas decimam soluit, taxastis et decimam et quintamdecimam predictas inde leuare intenditis ad opus nostrum in ipsius abbatis et villanorum suorum predictorum preiudicium et grauamen. Nos nolentes predictum abbatem, pro eo quod ipse de talibus spiritualibus suis annexis decimam soluit, in hac [parte] indebite pregrauari, vobis mandamus quod deductis redditibus, seruiciis et custumis villanorum predictorum que inter temporalia predicti abbatis spiritualibus suis annexa ad decimam sic taxantur et de quibus idem abbas decimam soluit, sicut predictum est, residua bona et catalla eorundem villanorum taxari et dictas decimam et quintamdecimam inde ad opus nostrum leuari faciatis, prout alias in huiusmodi taxacionibus fieri consueuit. Et si quid per vos a prefatis

[1] Folio 311 r° is blank. This deed is in a later hand. Edward III was at Pontefract on March 1 in the seventh year of his reign ; Edward I and Edward II were not.

villanis indebite leuatum fuerit id eis sine dilacione restitui faciatis eisdem. Teste me ipso apud Pontem Fractum primo die Marcii anno regni nostri septimo.

Carta Mauricii filii Roberti clerici de tota hereditate sua in Witstapel.

Sciant presentes et futuri quod ego Mauricius filius Roberti clerici de Witstapele dedi et concessi etc. Alexandro filio Willelmi totam hereditatem meam quam habeo in tenuria de Witstaple simul cum omni iure meo quod michi nunc contingit vel contingere poterit cum omnibus suis pertinenciis, scilicet, in planis, in pascuis, in pratis, in redditibus et hominibus, in omnibus rebus inde existentibus; tenendam et[1] habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus etc., faciendo vniuersa seruicia que terra predicta debet curie de Witstapele et reddendo michi et heredibus meis j*d.* de forgabulo in die sancti Martini, ubi dominus feodi recipiet redditum suum, pro omnibus seruiciis etc. Et ego predictus Mauricius filius Roberti et heredes mei warantizabimus per prescriptum seruicium [etc.][2]. Pro hac autem donacione mea et concessione etc. dedit michi predictus Alexander iiij^or^ marcas sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Daniel de Sotindune, Iohanne clerico suo, Hamone de Dungesall', Willelmo de Geth'ste et multis aliis. (Folio 312, r^o^.)

Carta Thome filii Suetimani de tota parte terre sue in campo qui vocatur Dieneland.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Swetimanni dedi et concessi etc. totam partem terre mee que michi contingit nunc vel contingere poterit cum omnibus pertinenciis suis que est in campo qui vocatur Dieneland; tenendam et habendam de me et heredibus suis etc. defendendo totam terram cum suis pertinenciis versus dominum fuodi ex omnibus seruiciis inde annuatim debitis, reddendo michi et heredibus meis in die sancti Martini vnum obolum de forgabulo, ubi[3] dominus fundi recipiet redditum suum, pro omnibus seruiciis etc. Et ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus per predictum seruicium etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi dictus Willelmus v*s.* sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Daniele de Sotindune, Alexandro filio Willelmi, Hamone filio Iohannis et multis aliis.

[1] This word is not in the MS. [2] Not in MS. [3] MS. :—nisi.

Carta Augustini, Hamonis, et Thome filiorum Eylweker de Tanet de iij. acris in Hagenild Chetherste.

Sciant presentes et futuri quod ego Henricus et ego Augustinus et ego Hamo et ego Thomas filii Eilweker' de Tanet dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Dieringo filio Wimundi et heredibus suis tres acras terre nostre in Hagenilde Chetterste ad Merestone, que iacent inter campum Godwini qui est versus suth et terram Eluith que est versus west et terram Donesune (Folio 312, v°.) que est versus east et stratam | regiam que est versus north; concessimus eciam dicto Dierngo (*sic*) et heredibus suis cum predictis tribus acris terre totam illam terciam partem terre de Cheterste que fuit Dieringe le Waldisse die quo obiit; tenendas, habendas etc., reddendo inde annuatim ad curiam de Sualecliue ij. solidos ad tres terminos, scilicet, ad festum sancti Michaelis viij*d.*, ad festum sancti Andree viij*d.*, et ad Natiuitatem beati Iohannis Baptiste viij*d.*, ad Natale Domini j. gallinam et terciam partem galline, et nobis et heredibus nostris annuatim ad Natiuitatem beati Iohannis Baptiste ij*d.* de forgabulo, pacandos apud Sualcliue pro omnibus seruiciis etc. Et nos predicti Henricus et Augustinus et Hamo et Thomas et heredes nostri warantizabimus predictas tres acras simul cum prenominata tercia parte terre de Cheterste per predictum seruicium etc. Pro hac autem donacione et concessione etc. dedit nobis predictus Dieringus viginti quatuor solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Hamone de Cundieshalle, Willelmo fratre eius, Willelmo Bilesire et multis aliis.

Carta Jocelini et Walteri etc. filiorum Swetmani de Boys de terra que vocatur Godieueland.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus et ego Iocelinus et ego Walterus et ego Reginaldus et ego Iohannes filii Swetman de Bois dedimus et concessimus etc. Willelmo de Chetherste et cuicumque assignare voluerit, preterquam domui religionis, totam partem terre nostre que nobis nunc contingit vel contingere poterit, cum omnibus pertinenciis suis que est in campo qui vocatur Godieueland et cum tota acinta dicti campi; tenendam, habendam etc. defendendo totam dictam terram cum suis pertinenciis versus dominos fuodi ex omnibus seruiciis inde annuatim debitis, et cuicumque nostrorum et heredibus nostris reddendo vnum obolum de forgabulo, scilicet, in die sancti Martini et in loco ubi dominus recipiet redditum suum, pro omnibus seruiciis etc. Et nos predicti et heredes nostri warantizabimus etc. Pro hac autem donacione nostra facta dedit nobis dictus

Willelmus xx. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Daniele de Sotindune, Alexandro filio Willelmi, Hamone filio Iohannis et multis aliis.

Carta Radulfi de Sellinges de terris et redditibus ad sustentacionem capelle beati Stephani de Selling'.

Sciant omnes presentes literas inspecturis quod ego Radulfus de Sellinges dedi et concessi etc. diuine pietatis intuitu capelle sancti Stephani de Selling' que in curia mea | sita in puram et perpetuam elemosinam ad sustentacionem vnius capellani in eadem capella ministraturi mesuagium quod fuit Martini Poriun cum duabus acris terre eidem mesuagio adiacentibus contigue et xx^{ti} solidos annui redditus, de quibus assignaui xiiij^{or}*s.* percipiendos per manum capellani eiusdem capelle de heredibus Roberti de Burdestun', scilicet, de pastura xxx^{ta}v^{que} ouium in marisco quod[1] iacet in parochia sancte Sexburge de Scapeia quod de me tenent, et sex solidos de relicta Willelmi de Westeluale et de heredibus suis, videlicet, de vij. acris terre quas de me tenent in predicta parochia sancte Sexburge, scilicet, ad quatuor terminos anni, in equinoctio autumpnali v^{que} solidos, in festo sancti Thome apostoli v^{que} solidos, in Dominica Palmarum v^{que} solidos, in festo sancti Iohannis Baptiste v^{que} solidos, et preterea quatuor summas frumenti et xij. summas ordei percipiendas de me et heredibus meis, scilicet, de grangia mea infra festum Omnium Sanctorum donec ego et heredes mei assignauerimus certum redditum vel certum fundum ad valenciam sexdecim summarum prenominatarum; et si forte contigerit quod ego et heredes mei non satisfecerimus de supradicto blado infra predictum terminum Omnium Sanctorum, ad solucionem dupli infra Natale sequens per censuram ecclesiasticam volo vt compellamur pro me et heredibus meis, renunciatis omni appellacione, excepcione et dilacione; dedi eciam pasturam xxv^{que} ouium in pastura que vocatur Lese que iacet prope predictum mesuagium, et indempnitati matricis ecclesie de Sellinges sicut decet prouideatur. Volo quod capellanus in dicta capella ministraturus rectori eiusdem matricis ecclesie de Sellinges per me et heredes meos presentandus [in] ingressu suo inspectis sacrosanctis iuret quod fidelis erit eidem matrici ecclesie et persone loci et quod omnes oblaciones quas in dicta capella percipiet rectori matricis ecclesie fideliter reseruabit et restituet. Et preterea ego et heredes mei et tota domus mea in quatuor principalibus festis anni, videlicet, in die Natalis Domini et die Purificacionis beate Marie et in die Pasche et in die Natiuitatis

(Folio 313, r^{o}.) De capella in Sellinges.

[1] As though there were a neuter substantive *mariscum.*

beate Marie[1] in dicta matrice ecclesia diuina audiemus; et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui.

(Folio 313, v°.)

Carta Iohannis filii Symonis de la Newelond' de tota terra sua de Fugelestun'.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Simonis de la Newenelonde dedi et concessi Thome de Fugelestun' et heredibus vel assignatis suis totam terram meam quam habui apud Dungesell' in Newelande, si quicquid ibi habui vel habere potui in terra arabili et redditibus vel boscis, pasturis et presenc*iis* gallin*arum* et in omnimodis pertinenciis suis sine omni retenemento ad opus mei vel heredum meorum; habendum et tenendum etc., reddendo michi et heredibus meis xij*d.* sterlingorum, videlicet, infra octabas Pasche vj*d.* et infra octabas sancti Michaelis vj*d.* super ipsum tenementum pro omnibus seruiciis et sectis curie mee et omnimodis demandis. Predictus vero Thomas, heredes sui vel assignati sui, defendent predictum tenementum cum pertinenciis suis versus curiam sancti Augustini de Newintun' de omnibus seruiciis inde debitis predicte curie. Et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus predictum tenementum cum pertinenciis etc. Pro hac autem donacione etc. dedit michi predictus Thomas vnam marcam argenti in gersumam. Hiis testibus, Willelmo Peinfor', Stephano de Hecham, Thoma de Ciltun' et multis aliis.

Concessio minutarum decimarum de terra de Norþewod' Iordano filio Stephani.[2]

Middelton'.[3] (c. 1190.[4])

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus eiusdem loci concessimus etc. Stephano filio Iordani et heredibus suis omnes minutas decimas de tota terra quam ipse Stephanus per cartam domini regis Anglie habet in Northewode; tenendas de nobis reddendo inde annuatim abbati et conuentui sancti Augustini ij. solidos sterlingorum infra octabas sancti Iohannis Baptiste. Decima autem tocius bladi et garbarum de tota terra illa supradicta in proprios vsus erit abbatis et conuentus sancti Augustini. De singulis autem domibus que fuerint in terra sepedicta, in quibus focus fuerit vel familia consuetudinaliter, dominus et domina domus,

[1] MS. :—Marie et.

[2] Evidently *Stephano filio Iordani* is meant.

[3] In a later hand.

[4] See fol. 242 r° where Roger the steward is mentioned in a deed of 1188; on the other hand the charter of Stephen fitz-Iordan on fol. 314 r° suggests that Richard I and not Henry II gave him the land.

si fuerit, visitabunt matricem ecclesiam de Middeltun' singulis annis in die Natiuitatis beate Marie cum oblacionibus suis secundum facultatem suam et secundum quod eis inspirauerit Deus, et corpora eorum sepelientur cum obierint[1]. Et non tenebitur ecclesia de Middeltun' sepedicto Stephano vel heredibus suis seorsum aliquid facere de diuinis | amplius quam consueuit quando terra illa inculta (Folio 314, r°.) iacebat. Et super hiis omnibus iurauit nobis sepedictus Stephanus in capitulo nostris tactis sacrosanctis euangeliis fidelitatem se seruaturum. Hiis testibus, magistro Radulfo vicearch*idiacono*, Laurencio filio Hugonis Soldanc, Rogero senescallo et multis aliis.

Carta Stephani filii Iordani de Scapeya de concessione xij*d.* redditus et ij. gallinarum.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Stephanus filius Iordani de Scapeia eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et abbati sancti Augustini Cantuarie et fratribus ibidem Deo seruientibus in puram et perpetuam elemosinam xij*d.* redditus et duarum gallinarum, quos heredes Orgari Wodecutte michi[2] in tribus terminis anni reddere consueuerunt de duabus[3] acris terre et dimidia in Northewode ad festum sancti Michaelis vj*d.* et in Pascha vj*d.* et ad Natale ij. gallinas; tenendum et habendum de me et heredibus meis libere et quiete etc. Et ego Stephanus et heredes mei warantizabimus dictis abbati et conuentui predictum redditum cum gallinis, homagiis, releuiis et omnibus aliis seruiciis ad prefatam terram spectantibus etc. Et vt hec mea donacio et[4] concessio firma et stabilis in perpetuum perseueret [etc.][5]. Hiis testibus, Henrico de Cobeham, Stephano de Hecham, Roberto de Hirland' et multis aliis.

Carta Stephani filii Iordani de Scapeya de xij. acris terre in Norhtewode ad sustentacionem capelle et capellani.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Stephanus filius Iordani de Scapaia eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beato Augustino Cantuarie et abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus duas acras terre mee in Northewode ad edificacionem vnius capelle et decem acras ad sustentacionem

[1] MS. :—obierunt. [2] MS. :—michi et. [3] MS. :—duobus.
[4] This word is not in the MS. [5] Not in MS.

vnius capellani qui pro animabus regum, Ricardi, scilicet, et Iohannis, qui michi dictam terram pro seruicio meo dederunt et confirmauerunt, et pro animabus antecessorum et successorum suorum et meorum et animabus vxorum mearum Feidiue, scilicet, et Iohanne, et patris mei Iordani et Cecilie matris mee et Willelmi fratris mei et animabus parentum suorum et antecessorum et successorum dicte capelle deseruiat in perpetuum. Iacent autem dicte due acre versus north
(Folio 314, v°.) super stratam regiam | que se extendit de Halgesto versus Middeltun. Decem vero acre prenominate iacent contigue vltra quemdam ductum aque iuxta terram heredum Humfridi de Northewode et terram Galfridi Bubulci in longitudine versus suth. Et ne hec elemosina dictorum regum et mea pro defectu racionabilis sustentacionis processu temporis fortasse deficiat, dicto intuitu, scilicet, pro animabus regum predictorum et mea et vxorum mearum, omnes minutas decimas meas et omnium tenementorum meorum[1] et molendinum ad ventum et dimidiam acram terre super quam molendinum scitum est dicte capelle consignaui. Tenebunt igitur predicti abbas et conuentus dictas xij. acras et dimidiam et molendinum libere etc. reddendo inde annuatim nobis xiiij^or^ denarios ad duos terminos, scilicet, ad Pascha vij. denarios, et ad festum sancti Michaelis vij. denarios[2] pro omni seruicio. Et ego Stephanus et heredes mei warantizabimus predictas xij. acras et dimidiam et molendinum ecclesie sancti Augustini contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et concessio etc. Hiis testibus, Henrico de Cobeham, Stephano de Hecham, Roberto de Sirlande, Iohanne de Sirlande et multis aliis.

Carta Mauricii filii Ade de Newenton' de iiij^or^ acris terre in parochia de Newenton'.

Sciant presentes et futuri quod ego Mauricius filius Ade de Neweton' dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et beato Augustino Cantuarie et abbati et conuentui eiusdem loci pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam iiij^or^ acras terre mee cum pertinenciis in parochia de Newetun, iacentes in vno campo qui vocatur la Rede in longitudine iuxta terram Philippi et Ricardi filiorum Golde versus occidentem; habendas et tenendas etc. Et ego predictus Martinus et heredes mei warantizabimus et defendemus et aquietabimus predictam terram cum pertinenciis predictis abbati et conuentui etc. Et vt hec donacio mea etc. et presentis carte mee

[1] MS.: omnium tenementum meorum.
[2] This word is not in the MS.

confirmacio firma et stabilis in perpetuum permaneat etc. Hiis testibus, domino Iohanne de Wadinton', Ernulpho Saluage, Petro de Dungesell', Nicholao de Newenton' et multis aliis.

Carta per quam abbas et conuentus concedunt fratribus et sororibus hospitalis Douor' tenementum quod habent de dono Symonis de Wardon'.

(Folio 315, r°.)

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino. Nouerit vniuersitas nos intuitu Dei et beate Virginis Marie concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse hospitali Domus Dei de Douor', quod nobilis vir Hubertus de Burgo comes Cancie et iusticiarius Anglie a primis fundamentis construxit, et fratribus et sororibus et eorum successoribus ibidem Deo seruientibus totum illud tenementum quod habent de dono Simonis de Wardun' et heredum suorum; tenendum de nobis et successoribus nostris libere et quiete in perpetuum pro eodem seruicio quod predictus Simon et antecessores sui nobis facere consueuerunt, reddendo inde nobis et successoribus annuatim quinque solidos et nouem denarios et obolum tantum ad festum sancti Iohannis Baptiste in curia nostra de Newetune. Et in huius rei robur et testimonium sigillum capituli nostri presenti scripto dignum duximus apponi.

Warden'. Nota quis primo fuit fundator domus dei Douorr'.[1]

De terra de Newenton' concessa Hagenild' et heredibus Hildith sororis ipsius Hagenild vnde reddunt lx^a^. solidos per annum.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus eiusdem loci totam illam terram quam Haghenild mater Vtlaghe in die quo fuit viua et mortua tenuit ad firmam in Newetun' pro xl. solidis annuatim de sancto Augustino concessimus et tradidimus filiis supradicte[2] Haghenild et heredibus Hildith sororis ipsius Haghenild; tenendam de sancto Augustino et de nobis ad gauelikendam eis et heredibus suis in perpetuum, sexaginta solidos annuatim nobis inde reddendo de gabulo in quatuor terminis anni, scilicet in festo sancti Thome apostoli xv*s*.[3] et in Ramis Palmarum xv*s*. et festiuitate sancte Iohannis Baptiste xv. solidos, in festo sancti Michaelis xv. solidos, et xvj. denarios de fersih in duobus terminis, in festo, scilicet, sancti Thome apostoli viij*d*. et in Ramis Palmarum viij*d*. pro omni seruicio, nisi quod curiam nostram sequentur et in curia nostra iuriparebunt, sicut

[1] In a later hand. [2] MS. :—supradictis. [3] MS. :—*d*.

alii homines nostri de Newentun'. Duas autem partes illius terre tenebunt filii Haghenild, scilicet, Vtlaghe et Simon et Adam et Henricus et Rogerus filius Thome et heredes sui. Et terciam partem tenebunt filii Hildithe, scilicet, Nortmannus | et Willelmus et heredes sui. Et hanc conuencionem tenendam fideliter affidauerunt Vtlaghe et fratres eius et heredes Hildith, Normannus et Willelmus, primum in manu Iohannis filii Viuiani tunc senescalli sancti Augustini, et postea hoc ipsum in capitulo nostro super sacrosancta ewangelia iurauerunt. Et sexaginta solidos nobis de releuio dederunt. Hiis testibus, Willelmo filio Nigelli, Iohanne filio Viuiani, Brianel de Middeltun' et multis aliis.

(Folio 31b, v°.)

Composicio inter R. abbatem et moniales de Clerekenewell'.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit R. Dei gracia abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie perpetuam in Domino salutem. Ad omnium vestrum noticiam volumus peruenire inter nos et moniales de Clerekenwell' super quibusdam parochianis et decimis, inferius ex nomine designatis, de quibus inter nos et easdem moniales controuersia mota fuit, ita fuisse compositum, scilicet, quod nos habebimus omnes decimas de terra illa de qua predicte moniales decimas habuerunt in Estle et insuper decimas de terra de bosco quod est in confinio prememorate [1] terre, si ad culturam redacta fuerit. Preterea habebimus decimas acre cuiusdam [2], super quam mancerunt Sinod et Eilword Blench, et ipsos et eorum familiam habebimus ad parochianos. Habebimus eciam decimas dimidie acre quam Codier' tenuit iuxta stratam publicam et decimam illius acre que dicitur Chirichland et eos qui mancerint super illas parochianos habebimus. Et preterea decimas de duabus acris quas tenuerunt Adam et Westan Cumba. Moniales vero predicte habebunt decimas de ix. acris quas vocant Kingesland et de xvj. acris que sunt prope capellam sancti Thome de Scamele a parte aquilonali et omnes homines de Broke, preter illos qui manserint super Chirichland, habebunt parochianos, quos ad ecclesiam nostram de Middiltun asserebamus pertinere. Et vt in posterum nulla super iamdictis parochianis aut decimis lis aut contencio inter nos et predictas moniales moueri possit hanc conuencionem presenti scripto commendauimus et sigilli nostri apposicione roborauimus. Hiis testibus, magistro Firmino, magistro Euerardo officiali, Reinero capellano et multis aliis.

[1] MS. :—prime morate.

[2] MS. :—quiusdam.

Carta Willelmi Edmer textoris de Boctun' de dimidia acra terre. (Folio 316, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Edmeri textoris de Boctune dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie dimidiam acram terre cum omnibus pertinenciis suis quam tenui de Ricardo filio Eilnoth de Holebodeslande, que iacet in campo qui vocatur Heie iuxta stratam regiam versus sutte contra domum Asketini filii Roberti de Rode; tenendam et habendam de me et heredibus meis in perpetuum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis per manum custodis ecclesie de Fauersham, qui pro tempore fuerit, octo denarios ad duos terminos anni, scilicet, ad festum sancti Michaelis iiij^{or}*d.* et ad Pascha iiij^{or}*d.* pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis temporalibus, saluo seruicio domini regis. Pro hac autem concessione, donacione et carte mee confirmacione dederunt michi dicti abbas et conuentus sancti Augustini xxix. solidos sterlingorum in gersumam. Et ego dictus Willelmus et heredes mei warantizabimus dicto abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie dictam dimidiam acram cum pertinenciis suis, etc. et sepedictam terram contra dominos fundi per prefatum seruicium defendemus. Et vt hec mea donacio, concessio et carte mee confirmacio facta et recordata in hundredo de Fauersham firma et stabilis permaneat, presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Radulfo de Pirie, domino Roberto de Beremundesheie, Willelmo Alderman, Simone Alderman et multis aliis.

Carta Helte filii Ricardi de xvj. acris terre concessis ecclesie sancte Marie de Fauersam. (Folio 317, r°.)[1]

Theobaldo Dei gracia Cantuariensi archiepiscopo et tocius Anglie primati[2] et Rogero archidiacono et omnibus sancte ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Helta filius Ricardi salutem. Sciatis me consensu et asensu Hasche vxoris mee Deo et ecclesie sancte Marie de Fauersham [et][3] persone eiusdem ecclesie cuius ego sum parochianus, pro salute corporis et anime mee et vxoris mee et filiorum nostrorum et omnium amicorum nostrorum tam viuorum quam mortuorum dedisse, concessisse in quietam et liberam et perpetuam elemosinam xvj. acras terre de dominio meo de Serichesam cum omnibus libertatibus et consuetudinibus quas habebat predicta terra dum erat in manu mea (1148–1150.) de xvj. acris terre de Serichesham.[4]

[1] Folio 316 v° is blank.

[2] The date cannot be later than 1150, in which year Theobald became *legatus*, nor earlier than Jan. 1148, when Roger became archdeacon.

[3] Not in MS. [4] In a later hand.

tam erga homines.[1] Et ego et heredes mei warantizabimus prefatam elemosinam per omnia. Et hoc feci ego pro magnis dampnis restituendis que ecclesia habuit pro me. Preterea ego et vxor mea reddidimus et concessimus et super altare prefate matris ecclesie nostre in perpetuum mansuram posuimus rectam decimam omnium rerum que decimari debent de toto dominio de Ernodintona et de omnibus apendiciis eius cum supradictis xvj. acris; et hoc in posterum stabile et ratum fore positis manibus nostris super altare Deo et sancte Marie vouimus et promisimus. Hiis testibus, Clarebaldo abbate de Fauresham, Alward priore, Ricardo capellano, Nigello War' et multis aliis.

Carta Iordani Coci de ij. acris et dimidia bosci concessis ad opus custodie ecclesiarum de Fauersam et Midelton'.

Sciant presentes et futuri quod ego Iordanus Coc dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beato Augustino et abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui in puram et perpetuam elemosinam, scilicet, ad opus custodie ecclesiarum de Fauersham et Mideltun' duas acras et dimidiam bosci et septem deiworkes quas ego emi de Andrea de Merile que iacent in extremitate boschi qui fuit memorati Andree versus partem aquilonarem; tenendas habendas libere in perpetuam elemosinam vt predictum est in euum. Et ego dictus Iordanus et heredes mei warantizabimus predictum boscum predictis abbati et conuentui etc. In cuius rei testimonium etc. Hiis testibus, Iohanne Terri, Mauricio de Merile, Thoma de Merile, Hugone de Merile et multis aliis.

Carta Roberti de Wykes vicarii de Middelton' de vij. dayworkis et domibus desuper edificatis concessis ecclesie de Middelton.

(27 May, 1247.) (Folio 317, v°.)

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus de Wikes perpetuus vicarius ecclesie | de Mildeltune salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me intuitu Dei et pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie de Middeltun', ad inhabitacionem vicarii eiusdem ecclesie qui pro tempore fuerit, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, vij. deiworcas terre cum domibus desuperfactis et omnibus pertinenciis, que iacent iuxta terram Rogeri de Northwode ex vna parte et terram heredum Ricardi de Prato ex alia et cheminum regium quod ducit de ecclesia

[1] Probably we should here insert *&c.*

de Middeltun versus Bobbinge; tenendas et habendas etc. sicut predictum est, ita quod vicarius ecclesie prenominate qui pro tempore fuerit reddet de terra prefata annuatim duos solidos ad sustentacionem luminaris vnius lampadis ante altare sancte Marie in eadem ecclesia et duos denarios heredibus Aluredi dicti de Middeltun ad festum sancti Michaelis pro omnibus rebus et seruiciis. Et vt hec mea donacio, concessio et carte mee confirmacio perpetuum robur optineat, nec in alios vsus quam vt predictum est conuertatur, presenti scripto cyrographato sigillum meum vna cum sigillo abbatis et conuentus sancti Augustini Cantuarie vtrimque est appensum. Cuius vna pars remanebit in thesauraria sancti Augustini Cantuarie et [1] altera in ecclesia de Middiltun perpetuo reponenda in testimonium premissorum. Actum Cantuarie anno Domini M°cc°xl septimo xx°vij° die mensis Maii. Valeat vniuersitas vestra semper in Domino.[2]

Cyrographum inter Robertum abbatem et fratres hospitalis de Hospringe.

(Folio 318, v°.)

Omnibus presentes literas inspecturis Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos diuine caritatis intuitu concessisse fratribus hospitalis de Ospringe sepulturam fratrum habitum ipsorum gestancium ibidem et infirmorum [3] tantummodo quos in dicto hospitali in fata decedere contigerit; ita tamen quod omne emolumentum tam in oblacionibus quam in testamentis seu confessionibus seu quibuscumque modis aliis quod ex eorum obitu peruenerit, libere et absque diminucione aliqua ecclesie nostre de Fauersham resignetur [4]. Si qua vero fuerit familia in dicto hospitali in habitu seculari, omnia iura spiritualia a vicario de Fauersam in ecclesia de Fauersam recipiet et ecclesiam memoratam in precipuis anni festiuitatibus frequentabit. Sacerdotes qui pro tempore ministrabunt in hospitali memorato nullam audient confessionem nisi tantum fratrum et pauperum ibidem egrotancium et eisdem [5] personis Viaticum et extremam vnctionem et omnia diuina inpendent, et in eo casu omnia emolumenta exinde proueniencia vicario de Feuersam sine retencione aliqua persoluent. Item nullos parochianos ecclesie de Fauersam solempnibus diebus maxime in Natali Domini et in

Hospringe (Nov. 1245.)

[1] MS. :—et ex.

[2] Fol. 318 r° contains a portion of the document which occurs in full on fol. 319 r°.

[3] MS. :—firmorum. [4] MS. :—resigetur. [5] MS. :—eiusdem.

Purificacione beate Marie et in Pascha et in Assumpcione beate Marie et in dedicacione ecclesie nec ceteris diebus ad diuina recipient. Et si aliquis parochianus de Fauersam oblaciones aliquas in dicto hospitali fecerit, ecclesie matrici sine diminucione reddentur. Item nullum annale nec tercennale de parochianis de Feuersam aliquo tempore recipient. Et ad maiorem omnium premissorum securitatem frater yconomus vna cum sacerdotibus ibidem ministrantibus et commorantibus sacramentum fidelitatis prestabit[1] vicario de Fauersam qui pro tempore fuerit in ecclesia eadem quod ecclesiam matricem de Feuersam in supradictis et omnibus aliis pro suis viribus indempnem conseruabunt. Pro hac autem sepultura quam de prefatis personis dicto hospitali concessimus, dabunt nobis singulis annis dicti fratres xij*d.* liberi redditus in Pascha in domo nostra de Feuersam et vnum cereum duarum librarum ecclesie nostre de Fauersam die Assumpcionis beate Marie. Et vt hec nostra concessio firma et stabilis perseueret et dicti fratres ex ea non possint aliquod ius aliud vendicare in posterum, tam sigillum nostrum quam ipsorum sigillum presenti scripto cyrographato vna cum sigillis magistrorum Hugonis de mortuo Mari tunc officialis domini Cantuariensis et Thome tunc vicarii de Fauersam altrinsecus sunt apensa. Data anno Domini M°cc°xlv° mense Nouembris.

(Folio 319, r°.)

Composicio[2] inter abbatem et conuentum monasterii sancti Augustini Cantuarie et priorem et conuentum ecclesie Cristi Cantuarie de domo et placea apud Fordwicum.

(20 July, 1285.) Ista ordinacio pacis irrotulata fuit in rotulo memorandorum de scaccario domini regis apud Westmonasterium die Veneris in festo sancte Margarete virginis anno Domini millesimo ducentesimo lxxxv et anno regni regis Edwardi filii regis Henrici terciodecimo.

Item, irrotulata fuit in rotulo de patentibus[3] in cancellaria domini regis apud Arundel die Mercurii in festo sancti Iacobi apostoli anno Domini et regni regis predicti supradictis. (25 July, 1285.)

Sachent tote gent qe come descord feut meu entre . . . Thomas, abbe de seint Augustin de Cantirbire, et le couent de meisme le lieu dune part e Henry priur de la Trinite de Cantyrbire e le couent de meisme lieu dautre part dun kay e dune meson leue en le pree cel priour en

[1] MS. :—prestabunt.

[2] Folios 319 and 320 are in a later hand.

[3] The record is found on the Close Roll : see Calendar of Close Rolls 1279—1288, p. 362.

Fordwyz, le quel pree est del fee meisme le abbe et le couent, et lour commune et de lour hommes de Fordwyz de la Gule de Augst, iesqes a la Chaundelur, et puis abatuz e le merym a la teule de meisme la meson par les hommes le abbe desfez et degastez sicom il fut dit; ensement dune chaucee e voye par la quele cely priur ses feyns de mesme le pree carier et les bestes soleit chacer par vnes trenches faites surundes et par barres et par peuls estopes e dautre trespas fait, sicom deuant le consail le roy dune part et dautre fut mustre; en la fyn le lundi proschain apres la feste de la translacion de seint Thomas lan du regne le roy Edward treszime a Fordwyz en la presence Henry euesqe de Verdoun, Otes de Grontsoun, mestre Guyllome de Lue e Hugh de Turbeuill de part le roy a ceo assignez mestre Willame de la Cornere, Esteuene de Pencestre e Salomon de Rousestre a eux accompaignez lauantdite descord par assentement des parties se apesa en ceste forme, cest assauer qe lauantdit priur pur luy e pur ses successours granta qe en son pree qest deuer le east del eglise de Fordwyz desoremes ascoune meson ne nulle manere de edefice ne fra saunz le gre et la volunte del auaundit abbe ou de ses successours a nul iour. Et ceo par lauauntdit euesqe e ses compaignouns est pleyne|ment (Folio 319, v°.)
agarde detenyr. Et pur ceo qe lauantdit priur ne pout couenablement estre saunz meson sur la riuere de Fordwiz pur ses vins e ses propres vitailles receyure e garder sanz grant damage, le abbe en la presence lauantdit euesqe et de ses compaignouns dona al priur e a sa eglise de la Trinite de Cantyrbire vne place en Fordwiz qe teint en longure neof perchees, la perche de sesze pyees e demy, e en leyse partout vint e deux piees, a auer e a tenir alauantdit priur e a ses successours del . . . abbe et de ses successours a touz iours, reddaunt ent par an vne rose a la feste de la Natiuite de saint Iohan la Baptistre pur touz seruices, sutes de court e totes autres demandes; Sauue al . . . abbe e a ses successours la seignurie e iugementz oue les execuciouns de sank'[1] e de autres trespas illocqes fait, sicome en autres places en mesme la ville il ad ou auer soleit. Et le . . . abbe e ses successours garaunterunt, defenderont e aquiteront a lauauntdit priour e ses successours lauauntdite place oue les appurtenaunces countre tote gent a touz iours. Et bien lyt al priur e a ses successours cele place de meson e de kay edefier e a sa volunte ordeyner issint qe aucunn marchandises, choses ou vitailles autres qe lour propres en cele plece ne en cele meson ne receyuent ne herbergent ne ne suffrent estre resceu. Et pur ceo grant, warauntie, aquitaunce e defens le priour pur luy e sa eglise auauntdite dona al . . . abbe treys acres de pree oue les appurtenaunces en Fordwiz,

[1] blood.

dunt la vne acre gist de coste le pree le aumoner de seint Augustin e les deux acres gisent partie en mesme le pree ou la meson fu leuee e partie aillours ioignaunt al pree le abbe, sicome les boundes les mustrent, a auer e a tenir al auauntdit . . . abbe e a ses successours franchement e quitement a tous iours, rendaunt en par an al priour e a ses successours vne rose a la feste de la Natiuite seint Iohan la Baptystre pur touz seruices, sutes de court, e autre seculere demaunde. Et le priour e ses successours warantiront, aquiteront e defenderont al . . . abbe e a ses successours les auantdites treis acres de pree oue les appurtenaunces countre tote gent a touz iours. Et le . . . abbe par lordenaunce de euesqe e de ses compaignons dona al priour pur ses damages del gast del merym et de la teulle cent souz desterlinges. Et estre ceo par lauantdit euesqe e ses compaignons | est ordaygne qe les barres e les peuls ficches en le cours de la riuere e en la chaucee auauntdite saunz delay par le conestable de Douere gardein de Cynk Portz seint ostes e celes chaucee redrescee as custages le . . . abbee de ses hommes, issi que cele voye soit couenable al . . . abbe e al priur e a lour successours e as hommes de Fordwiz par communs custages a sustenyr a touz iours, a chacer e a carier a lour volunte sanz desturber. Et ne lirra al priur ne a ses successours en cele ville desoremes ascune chose purchacer en la tenure le . . . abbe sanz la volunte le . . . abbe de seint Augustyn e le couent ou de lour successours. Et qe ferme pees e perdurable seit entre les auauntdite parties, par le euesqe e ses compaignons est ordayne que touz trespas faitz dune part et dautre iesqes al iour de ceste ordenaunce, des quex deuaunt eux fut treite, purement e de gre relessez, la composicion entre celes eglises picea[1] faite e de lur communs seals dune part e dautre afforcee en sa force remaigne a touz iours. Et a perpetuele seurte de ceste pees as escriz endentes entre les parties les seals del vn e del autre chapitre sunt mys. Et a la requeste des parties nostre seignur le roy ad comande qe ceste pees soit enrolle en sa chauncellerie et a son escheker. Donne et fait a Lædes en la presence nostre seignour le roy auaundit le tresime iour de Iul' lan de son regne treszime.

(Folio 320, r°.)

[2] Et quia per istam composicionem seu ordinacionem totum pratum in quo continetur quedam walla vocata walla seu chacea celerarii Ecclesie Cristi Cantuarie, que continet xx. perticatas in longitudine et xx. pedes in latitudine, datum fuerat . . . abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie sine quacumque forprisa in excambium pro placea apud Fordwycum, vbi domus prioris et conuentus Ecclesie

[1] Already.

[2] The passage 'Et quia . . . expedire' is repeated on folio 320 v°.

Cristi predicte edificatur, nec poterant dicti prior et conuentus extunc de iure habere vsum walle seu chacee predicte, vt prius habebant, super quo postea inter dictos . . . abbatem et priorem controuersia suborta, per magnam composicionem sequentem que est in Latino prouisum fuerat quod wallea seu chacea predicta remaneret dictis . . . abbati et priori communis ad cariandum et chaceandum tantum quociens necesse haberent et sibi viderint expedire.

Item in magna composicione prouisum fuerat inter predictos . . . abbatem et priorem et eorum conuentus sub data anno Domini M° cc° lxxxviij° quod walla seu chacea celerarii Ecclesie Cristi predicte apud Fordwicum, que continet xx. perticatas in longitudine et xx. pedes in latitudine, remaneat communis . . . abbati et priori ad cariandum et chaceandum quociens necesse habuerint, que quidem walla seu chacea tunc fuerat in solo et in prato dictorum . . . abbatis et conuentus.[1] (Folio 320, v°.)

Pro walla de Northome.

Et simili modo ordinatum fuit quod ipsi abbas et conuentus assignauerunt et concesserunt sepedictis priori et capitulo in concambium prati et redditus predictorum quatuor acras[2] terre et dimidiam que vocantur Piperesland iacentes inter Oxseleysland que dicitur Asselynesacr' et semitam que ducit ad Hertwelle et terram supradicti prioris et semitam que ducit versus Stureye.

Hec continentur in composicione magna.

Carta Symonis filii Iohannis Capentar' de quodam mesuagio in tenura de Plumstede.

(Folio 321, r°.)

Sciant presentes et futuri quod ego Simon filius Iohannis Capentar' de Plumstede remisi et quietumclamaui pro me et pro heredibus meis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totum ius et clamium quod habui vel habere potui in toto mesuagio meo cum pertinenciis quod fuit Iohannis Carpenter patris mei in Plumsted, videlicet, quod iacet inter terram predicti abbatis et conuentus et terram Rogeri Tuthen iuxta regiam stratam; habendum et tenendum predictis abbati et conuentui libere et quiete iure hereditario absque vlla calumpnia vel contradiccione mei vel heredum meorum. Pro hac autem remissione et quitaclamacione, facta anno regni regis Henrici filii Iohannis regis Anglie xx°, dederunt michi predicti abbas et (28 Oct. 1235–28 Oct. 1236.)

[1] MS. adds *supradicti*.

[2] MS. :—acrarum.

conuentus ij. solidos sterlingorum. In huius rei etc. Hiis testibus, Waltero de Lenh', Waltero de Cant', Helya Waldens' et multis aliis.

Carta Germani filii Baldewyni de quodam mesuagio suo in Plumsted quod fuit eschata sua post Willelmum de Blanford vicarium eiusdem loci.

Nouerint vniuersi presentes etc. quod ego Germanus filius Baldewini de Plumsted' dedi etc. abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totum ius et clamium quod habui vel habere potui in quodam mesuagio quod vendidi Willelmo de Blaneford, vicario de Plumsted', quod michi accidit sicut eschaeta mea, cum omnibus domibus ibidem constructis et aliis pertinenciis, iacente inter viam que est ex opposito domus Ricardi Pollard versus aquilonem et terram meam versus austrum, que vocatur Wadesland; habendum et tenendum de me et heredibus meis dictis abbati et conuentui libere etc. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis dicti abbas et conuentus xvj*d.* ad quatuor terminos anni, videlicet, ad Natale Domini iiij^{or}*d.*, ad Pasca iiij^{or}*d.*, ad Natiuitatem beati Iohannis Baptiste iiij^{or}*d.*, ad festum sancti Michaelis iiij^{or}*d.* pro omnibus seruiciis, consuetudinibus, sectis et secularibus demandis ad Germanum vel heredes meos spectantibus. Et ego Germanus filius Baldewini et heredes mei defendemus dictum mesuagium cum[1] pertinenciis de omnibus seruiciis contra dominum feody et contra omnes homines[2] et feminas. Pro hac autem donacione etc. dederunt dicti abbas et conuentus x. solidos sterlingorum. Hiis testibus, Willelmo de Wald', | Alexandro filio Willelmi, Roberto fratre eius et multis aliis.

(Folio 321, v°.)

Carta Ricardi de Waren' et Roysie vxoris sue et Alani abbatis de Lesnes per quam concedunt abbati sancti Augustini facere vnam guteram per mediam wallam et per mediam terram suam propriis sumptibus apud Plumsted.

De guttera in marisco de Plumstede.

Omnibus presentes literas inspecturis Ricardus de Warann' filius regis Iohannis et Roysya de Doueria vxor eius, Alanus Dei gracia abbas de Leysnes et eiusdem loci conuentus salutem in Cristo. Vniuersitatem vestram scire volumus quod cum Robertus, Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie, pro se et conuentu suo et Roberto de Camera et ceteris suis tenentibus de Plumsted moueret questionem, super eo quod viam publicam et iter et actum suum per eamdem ad

[1] This word is repeated. [2] This word is not in the MS.

ipsorum et tenencium suorum[1] nocumentum fodissemus, super eo eciam quod wallam in ipsorum baronia et super eorum teneura erexeramus et sine ipsorum licencia, terram ipsorum ad leuandam wallam nostram similiter absque licencia in dampnum suum et preiudicium suorum tenencium et fodere et asportare presumsissemus, vt dicebant, Nos vt tolleretur vlterius materia questionis bona fide promisimus quod si in premissis excesserimus bonorum virorum et communium amicorum arbitrio tam ipsis in capite quam Roberto de Camera et ceteris eorum tenentibus, quos negocium tangit, absque aliqua cauillacione et contradiccione ad plenum satisfaciendum et sufficienter. Et quia dictus abbas sancti Augustini de dominico suo quantum se extendit iuxta wallam nostram nouam ad emendandum eam duas perticatas in latitudine nobis concessit liberaliter et quantum ad ipsum pertinet pro tenentibus suis similiter, dum tamen eisdem per omnia satisfaciamus, nos graciam pro gracia eisdem facere volentes presenti scripto concedimus eisdem vnam guteram siue aque ductum propriis suis sumptibus construendam et sustinendam per mediam wallam et terram nostram, in loco tamen vbi possit nobis et nostris tenentibus minus | obesse, et si aliquo modo possumus eorum vtilitatem procurare promisimus illis bona fide et illi nobis et nostris (Folio 322, r°.) tenentibus simili modo promiserunt. Et vt de premissis non possit dubitari, ad ea omnia per has literas nostras patentes sigillis nostris signatas nos obligauimus. In cuius testimonium presenti scripto cyrographato sigilla vtriusque partis alternatim sunt apposita, scilicet, abbatis et conuentus sancti Augustini in vna parte et sigilla domini Ricardi de Warann' filii regis Iohannis et Roysye vxoris sue et abbatis et conuentus de Leysne in altera. Hiis testibus, domino Aluredo de Dene, Michaele Toui, Gileberto de Marisco, Thoma de Gillingham et aliis.

Carta Roberti de Camera de xj. acris terre concessis abbati et conuentui apud Plumsted'.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Camera filius Alexandri de Camera dedi etc. Deo et beato Augustino Cantuarie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam xj. acras terre mee cum pertinenciis, quarum viij. acre iacent in latitudine inter terram abbatis sancti Augustini versus west et terram Laurencii de Wycham versus east et in longitudine inter terram Iacoby de Borstall' versus norht et nouam wallam versus

[1] MS. :—suo.

suht, in marisco de Heyflete pertinente ad manerium de Plumsted, et tres acre iacent in dicto marisco in Brithelmesfeld quas, scilicet, tres acras cum pertinenciis Henricus Pillol de me tenuit et postmodum quietas clamauit michi et heredibus meis in curia domini abbatis de Plumsted' sicut in carta sua super hoc confecta continetur; tenendum et habendum predictas xj. acras terre cum pertinenciis predictis abbati et conuentui et successoribus eorundem in liberam etc. Et ego predictus Robertus et heredes mei warantizabimus et defendemus predictis abbati et conuentui predictas xj. acras terre cum pertinenciis in liberam etc. contra omnes homines etc. sicut aliqua elemosina | liberius poterit teneri vel haberi, ita quod nec ego nec heredes mei de dictis abbate et conuentu racione dicte terre aliquid exigere poterimus in perpetuum. Et vt hec mea donacio, concessio et carte mee confirmacio facta et recordata in curia abbatis sancti Augustini apud Cantuariam[1] firma et stabilis in perpetuum permaneat, presenti scripto sigillum meum pro me et heredibus meis apponi feci. Hiis testibus, dominis Berterammo de Kriell', Stephano Haringod, Laurencio de Witham, militibus etc.

(Folio 322, v°.)

(Folio 323, r°.)

Carta de quadam terra in Lond' concessa Waltero de Baldak'.

(Oct. 1216–Oct. 1220.)

Sciant presentes et futuri quod ego Alexander Dei gracia abbas ecclesie sancti Augustini de Cantuaria et eiusdem loci conuentus dimisimus et concessimus etc. Waltero de Baldak quandam terram nostram quam habuimus in ciuitate London' in parochia sancti Dunstani versus turrim Lond'; que eciam terra iacet inter terram comitis de Hereford' et cimiterium sancti Dunstani, que, scilicet, terra continet in longitudine iuxta cimiterium in parte orientali xxix. vlnas et dimidiam vlnam de vlnis ferreis regis Henrici Anglie et in latitudine secus viam regiam in parte australi xxiij. vlnas, vnum quarterium minus, de eisdem vlnis et in latitudine in parte aquilonari inter predictam terram et terram Galfridi filii Goddardi xix. vlnas, vnum quarterium vlne minus, de eisdem vlnis, scilicet, quicquid in eadem terra habetur in longitudine et latitudine et rebus cunctis in perpetuum; habendam et tenendam de nobis sibi et heredibus suis in feodo et hereditate libere etc., reddendo inde annuatim nobis pro omni seruicio etc. x. solidos sterlingorum ad iiij^or^ terminos anni, scilicet, ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste ij. solidos vj*d.*, et ad festum sancti Michaelis ij. solidos vj*d.*, et ad Natale Domini ij*s.* vj*d.*, et ad Pascha ij*s.* vj*d.* sine omni[2] occasione. Hanc autem terram

[1] In the margin in a later hand :—Alta curia.

[2] This word is repeated.

prenominatam warantizabimus predicto Waltero et heredibus suis contra omnes etc. Pro hac igitur dimissione et concessione etc. dedit nobis predictus Walterus dimidiam marcam. Hiis testibus, Radulfo Stepereng' aldermanno, Petro Blund', Iohanne Batayle etc.

Resignacio et quietaclamacio Symonis de sancto Dunstano in Lond' de quadam terra iacente in parochia sancti Dunstani in Lond' quam tenuit de abbate et conuentu sancti Augustini Cantuarie.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Symon (1215.) de sancto Dunstano in Lond' eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me resignasse et quietumclamasse et hac presenti carta confirmasse domino Alexandro Dei gracia abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totum ius et clamium quod habebam vel habere poteram in terra, quam de ipsis | tenui in parochia sancti (Folio 323, v°.) Dunstani in Lond' inter mesuagium Humfridi de Bohoun et terram predictam[1] sancti Dunstani per cartam conuentus iure hereditario, reddendo ipsis de gabulo singulis annis ij. solidos et iij*d.* et ecclesie de Cantuaria singulis annis de gabulo ix*d.* Facta est autem hec resignacio et quietaclamacio anno ab Incarnacione Domini M° CC° XV° in magna curia sancti Augustini in manus domini Alexandri abbatis, presentibus Willelmo Puignant et multis etc. Et vt hec mea resignacio etc. eam presenti scripto, sigillo meo munito, domino Alexandro abbati et conuentui sancti Augustini super hoc confecto, duxi testificandam. Hiis testibus, magistro Willelmo de Hebaldun, magistro Stancio etc.

Carta Henrici filii Willelmi de terra quam Walterus de Baldak tenuit de abbate et conuentu.

Sciant presentes et futuri quod ego Henricus filius Willelmi filii (1221.) Ysabelle remisi et quietumclamaui et foris affidaui extra me et heredes meos et presenti carta confirmaui abbati de sancto Augustino Cantuarie et conuentui eiusdem loci totum [ius][2] et clamium quod habui vel habere potui in terra cum domibus quam Walterus de Baldok tenuit de dictis abbate et conuentu in parochya sancti Dunstani, sicut itur versus Turrim London', inter terram comitis de Hereford' et cimiterium sancti Dunstani; habendum et tenendum dictis abbati et conuentui et eorum successoribus vel cuicumque dare etc. libere etc., ita quod nec ego Henricus nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis vllo modo poterimus nec debemus aliquid in dicta terra,

[1] Perhaps the scribe should have written *predicti*. [2] Not in MS.

domibus, nec pertinenciis exigere nec habere nec capere nec clamare in perpetuum. Pro hac autem remissione etc. dicti abbas et conuentus dederunt michi x. libras sterlingorum. Et vt hec mea remissio [etc.]. Hiis testibus, Serlone mercatore tunc maiore Lond', Ricardo Renger, Thoma Lambert, tunc vicecomitibus etc.[1]

Cyrographum inter abbatem sancti Augustini et conuentum et priorem sancti Bartolomei de Smeþefeld de terra superius memorata concessa priori et conuentui ad redditum xij. solidorum per annum.

(14 June, 1247.) Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos ob fauorem religionis et sincere dilectionis prerogatiuam, quam erga dominum priorem et canonicos sancti Bartolomei de Smeþefeld gerimus, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse eisdem quandam terram nostram cum domibus desuper | factis quam habemus in ciuitate Lond' in parochia sancti Dunstani versus Turrim Lond', et iacet inter terram comitis de Hereford' et cymiterium ecclesie sancti Dunstani, et continet in longitudine iuxta cymiterium in parte orientali xxix. vlnas et dimidiam vlnam de vlnis ferreis domini Henrici regis Anglie et in latitudine secus viam regiam in parte australi xxiij. vlnas, vnum quarterium vlne minus, de eisdem et in latitudine in parte aquilonari inter predictam terram et terram Galfridi filii Godardi xix. vlnas, vnum quarterium vlne minus, de eisdem vlnis, scilicet, quicquid in eadem terra habetur in longitudine et latitudine et rebus cunctis ; tenendum et habendum dictam terram cum pertinenciis predictis, dictis priori et conuentui et successoribus suis de nobis et successoribus nostris libere etc., reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris pro omni seruicio et exaccione et rebus cunctis xij. solidos sterlingorum ad iiij^{or} terminos, scilicet, ad festum sancti Iohannis Baptiste iij. solidos, et ad festum sancti Michaelis iij*s*., et ad Natale Domini iij. solidos, et ad Pascha iij. solidos. Et nos et successores nostri warantizabimus dictis priori et conuentui et successoribus eorum predictam terram cum pertinenciis predictis contra etc. Et dicti prior et conuentus hoc factum nostrum in temporalibus beneficio respicientes spiritali, concesserunt nobis participium bonorum que in missis, matutinis, vigiliis, horis, oracionibus, disciplinis, elemosinis et omnibus aliis bonis in eorum ecclesia fient in perpetuum. Nos autem eorum gracie in hac parte nobis facte

(Folio 324, r°.)

xij*s*. redditus Lond'.

[1] These were the officers for Mich. 1221 to Mich. 1222.

graciam consimilem gratis rependendo, eadem eis in omnibus duximus concedenda vt inter nos et ipsos in fauore religionis semper ferueat et crescat dilectionis feruor specialis. Vnde ad maiorem premissorum securitatem presenti scripto cyrographato sigillum capituli nostri et sigillum prioris et conuentus predictorum alternatim apponuntur. Data Cantuarie xviij° kal' Iulii anno Domini M° cc° xlvij°. Valete.

Carta Rogeri filii Rogeri de Lond' de quietaclamacione vnius mesuagii in Suthwerk iuxta ecclesiam sancti Olaui.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus filius Rogeri de London' remisi, quietumclamaui et hac presenti carta mea confirmaui pro me et heredibus meis abbati et conuentui de sancto Augustino Cantuarie totum ius et clamium quod habui vel habere potui in quodam mesuagio in Suthewerhck', cum domibus et omnibus pertinenciis suis, scilicet, illud mesuagium quod iacet inter ecclesiam sancti Olaui et[1] domum de ponte; habendum et tenendum eidem abbati et conuentui et eorum successoribus bene et in pace, libere et quiete in perpetuum, ita quod ego nec heredes mei aliquid iuris in predicto mesuagio habere, exigere nec clamare poterimus in perpetuum nisi vnum par calcariorum deauratorum vel vj. denarios infra quindenam Pasche, et hoc in opcione dantis, pro omni seruicio, consuetudine et demanda seculari et secta curie. Et ego predictus Rogerus et heredes mei warantizabimus predicto abbati et conuentui etc. contra omnes homines et feminas. Pro hac autem remissione et quietaclamacione et presentis etc. dedit michi predictus abbas cum assensu tocius conuentus xx. solidos etc. Et vt hec mea remissio etc. cartam hanc sigilli mei munimine roboraui. Testibus Willelmo Rasleye, Roberto de Lexinton', Willelmo de Eboraco etc.

(Folio 324, v°.)

(Jan. 1233.)

Quod Willelmus Craspeys sequetur curiam comitis de Waren' pro abbate si qua debetur de quadam terra in Suþewerk'.

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri vel audituri quod ego Willelmus Craspeys de Lond' et heredes mei tenemur pro domino abbate sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentu sectam curie facere comitis de Warenna, si qua debetur de tota placia quam dicti abbas et conuentus habent in Suthwerk' extra Lond'; que extendit se in longitudine versus occidentem vsque ad cimiterium sancti Olaui et versus orientem vsque ad viam dicti abbatis que ducit

(14 Sept. 1245.)

[1] This word is repeated.

ad curiam suam, et in latitudine versus austrum a vico regio vsque ad aquam Tamisie versus aquilonem. Si autem ita contingat quod parochiani de sancto Olauo debeant viam vel semitam ad aquam Tamisie de iure possidere vltra predictam placiam, ego predictus Willelmus Craspeys et heredes mei predictis parochianis viam vel semitam pro dictis abbate et conuentu tenemur sine omni contradiccione inuenire, et tam kayum contra dictam placiam quam cetera omnia dicte placie nostris sumptibus sustinere, et nullas domos nisi tegulatas et securas in ea edificare. Ad hec autem omnia fideliter tenenda et facienda ego Willelmus Craspeys in capitulo sancti Augustini coram dictis abbate et conuentu tactis sacrosanctis iuraui et huic scripto sigillum meum apposui. Actum | ad festum Exaltacionis Sancte Crucis anno gracie M° CC° XL quinto. Hiis testibus, Iohanne de Schorn', Stephano nepote domini abbatis, Rogero de Sumery etc.

(Folio 325, r°.)

Carta Salomonis filii Rogeri de quadam terra[1] in parochia sancti Olaui de Suhtew'.

(Nov. 1212–Oct. 1220.)

Sciant presentes et futuri quod ego Salomon filius Rogeri concessi etc. domino Alexandro abbati et conuentui ecclesie sancti Augustini Cantuarie dimissionem et concessionem quam Walterus filius meus et filius Matildis filie Prudencie eis fecit de quadam terra in parochia sancti Olaui de Suthewrech que iacet inter terram pontarii que est versus orientem et inter terram Ysabelle que fuit vxor Thome de Sancto Cristoforo que est versus occidentem; habendam et tenendam predicto abbati et conuentui et successoribus suis in feodo et hereditate tam libere tam quiete, sicut carta quam idem abbas et conuentus eiusdem loci inde habet de eodem Waltero filio meo testatur. Et ego predictus Salomon et heredes mei warantizabimus totam predictam terram cum pertinenciis dicto abbati et conuentui et successoribus suis contra omnes homines etc. Pro hac autem concessione etc. predicti abbas et conuentus dederunt michi vnam marcam argenti in gersumam. Hiis testibus, Willelmo Coco, Arnoldo Viniter, Benedicto filio Luce etc.

Quietaclamacio Mathei Blundi de quodam feodo quod tenuit de abbate in parochia sancte Mildrethe de Walebrok.

(1222.)

Sciant presentes et futuri quod ego Matheus Blundus filius Galfridi Blundi reddidi, remisi et quietumclamaui extra me et heredes meos

[1] This word is not in the MS.

abbati et conuentui sancti Augustini de Cantuaria quoddam feodum quod tenui de dicto abbate et conuentu in Lond' per seruicium xxij. solidorum et vj*d.* et vnius libre piperis per annum; quod, scilicet, iacet in vico ferronum in parochia sancte Mildrethe super Walebrok inter terram que fuit Ricardi filii presbiteri versus orientem et terram monialium de Clerekenwell' versus occidentem, scilicet, quicquid iuris habui vel habere potui in dicta terra cum omnibus pertinenciis suis sine aliquo retenemento; habendum et tenendum dicto abbati et conuentui et eorum successoribus extra me et heredes meos in perpetuum ita quod nec ego Matheus nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis amplius poterimus nec debemus in predicto feodo nec pertinenciis aliquid habere, exigere nec clamare in perpetuum. Pro hac igitur reddicione, remissione et quietaclamacione extra me et heredes meos in perpetuum dictus abbas et conuentus relaxauerunt arreragia seruicii eiusdem feodi tam de tempore antecessorum meorum quam de tempore meo, scilicet, xxvij. marcas et vj. solidos et ix*d.* Et vt | hec mea reddicio, remissio et quietaclamacio firmior et (Folio 325, v°.)
stabilior permaneat presens scriptum sigilli mei apposicione roboraui. Hiis testibus, Ricardo filio Reingeri, Thoma filio Lamberti, Willelmo Ioynier tunc vicecomite Lond' et multis aliis.[1]

Carta Rogeri abbatis per quam medietas terre illius quam Wlward de Cuninghop' tenuit conceditur Waltero Marescallo, vnde reddit vj. solidos per annum.

Sciant vniuersi sancte matris ecclesie filii presentes et futuri quod (1182.)
ego Rogerus Dei miseracione humilis abbas sancti Augustini Cantuarie et conuentus communi assensu et concordi voluntate concessimus et presenti carta confirmauimus Waltero marescallo de London' et heredibus suis medietatem illius terre quam Wlward de Cuninghop tenuit de domo nostra; que medietas xxx. et vnum pedes habet in capite iuxta viam id est in latitudine, et septuaginta pedes in longitudine, id est in profunditate intra domum; cuius quantitatis sub eisdem dimensionibus est altera medietas quam Galfridus Blundus tenet de beato Augustino cum aliis contiguis terris. Hanc igitur medietatem terre quam Wlward tenuit de beato Augustino tenebit iste Walterus et heredes sui post eum de beato Augustino et de nobis in perpetuum, reddendo inde nobis annuatim vj. solidos ad ij. terminos, iij. solidos scilicet ad festum sancti Michaelis et iij. solidos ad Pascha et j. libram piperis ad festum sancti

[1] Richard Renger was mayor, Thomas Lambert and William Joyner were sheriffs, for the year Mich. 1222–Mich. 1223.

Augustini annuatim. Iste igitur Walterus et heredes sui sequentur curiam nostram cum opus fuerit in London', nec poterit ipse Walterus siue heredes sui vendere supradictam terram vel pignori supponere sine nostro consensu et licencia, saluo semper releuio nostro. Sepedictus igitur Walterus tactis sacrosanctis euangeliis iurauit in capitulo nostro se fideliter hoc obseruaturum. Factum est autem hoc anno ab Incarnacione Domini M° c° lxxxij°. Testibus hiis, magistro Radulfo, Helya de Rya, Gilberto fratre abbatis, etc.

Carta R. abbatis de quadam terra in Westchiap' concessa Galfrido Blundo.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego R. Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus concessimus et assignauimus Galfrido Blundo illam terram nostram in Lond' quam habemus ad orientem de Westcheap et que attingit a terra quam Walterus faber tenere solet de sancto Augustino et de nobis vsque ad terram quam Iohannes Pipercorn tenere | solet de conuentu sancti (Folio 326, r°.) Petri Westmonasterii. Concessimus, inquam, terram illam Galfrido Blundo et heredibus suis, tenendam de sancto Augustino et de nobis hereditarie et finabiliter, reddendo inde nobis singulis annis xvj. solidos et vj*d.* pro omni seruicio in duobus terminis, in Pascha, scilicet, vnam medietatem, et alteram medietatem in festo sancti Michaelis, ita tamen quod ipse Galfridus siue heredes sui sine licencia nostra terram illam vendere non poterunt alii ecclesie neque Iudeis. Et propter hanc concessionem dedit nobis sepedictus Galfridus v. marcas argenti et fecit fidelitatem ecclesie sancti Augustini et nobis in capitulo nostro, quando nos ei hanc terram concessimus. Tenet autem terra ipsa in longitudine iuxta placeam lxxvj. pedes, in latitudine vero in capite versus orientem lx. pedes, in capite autem versus occidentem xviij. pedes. Testibus hiis, Radulfo filio Rald', Pagano clerico, Hugelyn et pluribus aliis.

(Folio 327, r°.) (Jan. 1376.) Del[1] assent des prelatz, ducs, countz, barons et autres ensemblez au parlement tenuz a Westmoster a la quinszeine de seint Hillar' lan du regne nostreseignur le roy Dengleterre cynquantisme et de France trente septisme, Nostreseignur le roy desirant moult que la pees de sa terre soit entierment garde et ces foialx subgitz en quiete et tranquillitee meintenuz si ad par taunt fait et estabili certeines ordeignances[2] et auxint attroie certeines graces et pardons a sa communs Dengleterre en la fourme que sensuyt, les queux ordeignances, graces

[1] Folio 326 v° is blank. Folios 327 and 328 are in a late hand.

[2] MS. :—ordeignanances.

e pardons il voet al honour de Dieu e seint esglise e quiete de mesme son poeple soient fermement tenuz et gardez en touz pointz.

Primerement est ordeigne e establi que seint esglise eit ses libertees e franchises en quiete sanz empechement ou ascun destourbance.

Item, que la grante chartre et la chartre de la foreste soient fermement tenuez et gardez en toutz pointz.

Item, nostreseignur le roy eiant consideracion as les tresgrandes charges e perdes les queux son pople ad eux et portez cy enarere di bien parmy les guerres come autrement par pestilence des gentz, morine des bestes et les fruytz de la terre communement faillez par malueis anz auant ses heures, dont nostre dit seignur le roy si ad grant compassion et par tant lour vaillant ore en cest present parlement lan cynquantisme de son dit regne dengleterre faire grace greindere qil ne lour fist vnques deuant, a cause que cest an si est droitement lan de Iubilee ou de grace de son regne auantdit accomple paront sa dit commune se purra le meultz reconfortere e ent eient le greindere coer de bien faire en temps auenir.

Et auxint nostre dit seignur le roy eiant en memoire coment en lan de son dit regne Dengleterre trentesisme qui fuist lan de son neestre cynquantisme il fist grant grace et pardon a sa dit commune Dengleterre lour pardonant alors tous eschapes de felons et des futifs trespasses necligences mesprisions et ignorances et plusurs autres articles del eyre et autres choses eschus et auenuz deunz la royalme dengleterre dont le punissement cherroit en fine ou en raunceon ou en autres peines pecuniers ou autrement en enprisonement ou en amerciement des communes des villes ou des singulers persons ou en charge de frank tenement de ceux que vnqes ne trespasserent | come (Folio 327, v°.)
heirs ou terre tenantz des eschetours viscountz et coroners a la suyt le roy voillant et grantant a lors que mesmes les communes en fuissent outrement deschargez tanqe al treszisme iour doctobre le dit an trentesisme a quel iour mesme la pardon se fist come plus au pleyn est contenu en ycelle, voet et graunt al honour de Dieu que si longement luy ad soeffert regnier sur mesme son pople en taunt de prosperitee que mesme sa commune Dengleterre e chescun singuler person dycelle de quecomque estat ou condicion qils soient sibien petitz come grantz eient ore et enioisent autiels graces et pardons des toutz chosez comprisez deinz la pardon auandit eschuz ou auenuz del dit treszisme iour doctobre tanque al comensement de cest present an cynquantisme.

Et outre ceo nostre dit seignur le roy ad ensement pardonez et relessez a sa commune auandit toutz maners des douns alienaciouns et purchaces faitz par eux ou ascun de eux des terres et tenementz

tenuz de luy en chief sanz licence du roy a touz maners des entries si ascuns eient faitz en lour heritages apres la mort lour auncestres sanz les pursuier hors des mayns le roy par due processe tanque al comencement de mesme lan cynquantisme forspris ceux tenementz queux sunt alienez a mort mayn et ceux tenementz que sount ore seisez es mayns de nostre seignur le roy par cause des tielx alienacions et entries et autres forfaitures.

Et auxint lour ad entierment pardonez et relessez touz finz amerciamentz issuez forfaitz reliefs et escuages faitz eschuz ou auenuz deins mesme le roialme Dengleterre et ouesque ceo toutz maners des dettez et acomptz tanque al an del regne nostre dit seignur le roy Dengleterre quarantisme.[1]

Et auxint touz maners des accions demandes queux il y ad ou purra auoir par luy soule ou autrement ioynt ouesque autres persones enuers nully de sa dit commune sibien a cause de mesmes les acomptz et dettes come autrement a cause de passage des leinz quirs pealx lanutz ou autres marchaundises as parties de dela encontre les defenses et ordeignances ent faitz si bien en couuerture et en noun des marchandes ou par colour des patentz grantez a Durdratht ou[2] aillours depart dela come par autre voie quecounque par celles causes e si bien du temps Wautier de Chirtone et ses compaignons nadegaires fermers des subsidies et custumes come en autre temps tanque de son dit regne Dengleterre quarantisme forspris ceux dettes queux sont aiuggez par seisine des terres et tenementz ou determinez en autre manere et horspris ceux dettes queux lui sont dues au present par ascuns qount estez viscont eschetours coillours des custumes subsides dismes et quinszismes fermers des manoirs vitaillers | et autres qont este en grandes offices ouesque le roy deuaunt ceste heure les queux sont vnqore en plein vie.

(Folio 328, r°.)

Et auxint nostre dit seignur le roy ad pardonez generalment la suite de sa pees pur touz maneres des felonies faitz ou perpetreez deuant le comencement del dit an cynquantisme ouesque les vtlagaries si nulles en eux soient par celles enchesons pronounces exceptez tantsoulement treson tresouns murdres communes larons et rapes des femmes; mes toutz voiez il nest pas lentencion nostre dit seignur le roy qascuns enioisent rien de la dite grace des pardons des felonies sils nent pursuent lour chartres en especiale parentre cy et la Natiuite seint Iohan Baptistre proschein auenir.

Item, est ordeigne et estable de lassent auauntdit que par la ou consultacion est vn foitz duement grantee sur prohibicion aiugge de

[1] *cynquantisme* must be meant. [2] MS.:—au.

seint esglise que mesme le iuge proceddre en la cause par vertue de mesme la consultacion non obstante ascun autre prohibicion sur ce a lui baille, purueu touz foitz que la matier en la libelle du dit cause ne soit engrosse enlarge ou en autre manere chaunge.

[*Writ to purveyors of victuals not to take or provide wheat, oats, beans, flesh, fish, coal, litter, or horses within ten leagues of Dover Castle which is in imminent danger by the present war.*

'*Concessa circa festum Omnium Sanctorum, anno regni regis Ricardi x°.*']

Finalis concordia inter Raginaldum de Cornhull' et Rogerum filium Rogeri de quodam mesuagio in Suthewerk.

(Folio 329, r°.)[1]

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium die lune proxima post octabas Sancte Trinitatis anno regis Ricardi viij. coram H. Cantuariensi archiepiscopo, Radulfo de Hereford', Ricardo Eliensi archidiaconis, magistro Thoma de Husseburne, Ricardo de[2] Herierd', Symone de Patishill', Oseberto filio Heruey, Ogero filio Ogeri iusticiis et aliis fidelibus domini regis ibidem tunc presentibus, inter Reginaldum de Cornhull' petentem et Rogerum filium Rogeri de Suhtewerke tenentem de j. mesuagio cum pertinenciis in Suhetwrek, quod Willelmus filius Edwardi tenuit, [et][3] de viij. solidis redditus cum pertinenciis in Suhtwerk'; vnde placitum fuit inter eos in prefata curia scilicet quod predictus Reginaldus remisit et quietumclamauit predicto Rogero et heredibus suis totum ius et clamium suum quod habuit in predicto mesuagio cum pertinenciis in Suthewerk' et in prenominato redditu cum pertinenciis in Suhtewerk' de se et heredibus suis in perpetuum. Et pro hoc fine et concordia et quieto clamio predictus Rogerus dimisit prenominato Reginaldo totum ius et seruicium quod in tenemento Willelmi de Woneham habuit saluo tenemento ipsius Willelmy de Woneham qui tunc ibi presens hoc concessit; habendum et tenendum sibi et heredibus suis de prenominato Rogero et heredibus suis per liberum seruicium vnius paris calcarium deauratorum precii vj*d.* annuatim ad Pascha pro omni seruicio reddendo. Et predictus Reginaldus deuenit inde affidiatus predicto Rogero.[4]

(9 June, 1197.)

[1] Folio 328 v° is blank.

[2] This word is repeated.

[3] This word is supplied from the original which is printed in *Feet of Fines, 7 & 8 Ric. I* (Pipe Roll Soc.), p. 137.

[4] *affidatus predicti Rogeri* in the original.

Finalis concordia inter Rogerum abbatem et Willelmum filium Dauid de lv. acris terre in Plumstede.

(June, 1208.) Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Sancte Trinitatis in xv. dies anno regni regis Iohannis x. coram G. filio Petri, magistro Eustacio de Faucunberg', Iohanne de Gestling', Waltero de Creping' iusticiis et aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus, inter Willelmum filium Dauid petentem et Rogerum abbatem de sancto Augustino tenentem de lv. acris terre cum pertinenciis in Plumsted; vnde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet, quod predictus Willelmus remisit ei et quietumclamauit de se et heredibus suis predicto abbati et successoribus suis in perpetuum totum ius et clamium quod habuit in predicta terra cum pertinenciis. Et pro hac quietaclamacione et fine et concordia predictus abbas dedit predicto Willelmo x. marcas argenti.

(Folio 29, v°.)

Finalis concordia inter Robertum abbatem et Rogerum de Lond' de vno mesuagio in Suthewerk.

(Jan. 1233.) Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die sancti Hillarii in iij. septimanas anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xvij. coram Thoma de Muleton', Willelmo de Raleg', Roberto de Lexinton' etc. iusticiis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Rogerum de Lond' petentem et Robertum abbatem sancti Augustini Cantuarie tenentem, per fratrem Ricardum de Hasting' monachum suum positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de vno mesuagio cum pertinenciis in Suwerch'; vnde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod predictus Rogerus recognouit predictum mesuagium cum pertinenciis esse ius ipsius abbatis et ecclesie sue Cantuarie; habendum et tenendum eidem abbati et successoribus suis et ecclesie sue Cantuarie de predicto Rogero et heredibus suis in perpetuum, reddendo inde annuatim vnum par calcarium deauratorum vel sex denarios infra quindenam Pasche pro omni seruicio et exactione. Et pro hac recognicione fine et concordia idem abbas dedit predicto Rogero xx. solidos sterlingorum.

Lenham.[1] (29 Nov. 1190.)

Finalis concordia inter Aldwinum Malrok et Adam de Cherringes de xxx. acris terre warland' in Tenigfald.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis in vigilia sancti Andree apostoli apud Berenteford anno regni regis Ricardi ij. coram

[1] In a later hand. The original of this fine is no longer in existence. The

Gilberto episcopo Roffensi, et Hugone Pippard, et Simone de Pateshell' iusticiis domini regis et aliis fidelibus domini regis tunc ibidem presentibus inter Aldwinum Malrok et Edildam vxorem suam et Adam de Cherringes de xiij. acris terre Warland' in Tenigfald et de bosco ad eandem terram pertinente et de ceteris pertinenciis eiusdem terre, quas predictus Aldwinus et Edilda vxor eius clamauerunt versus eundem Adam ; et vnde recognicio summonita fuit inter eos in prefata curia domini regis, scilicet, quod idem Adam dimisit eis prefatam terram cum bosco et ceteris pertinenciis, exceptis hiis hominibus, videlicet, Rogero Teyll, Iohanne de Tenigfald et Liuiua relicta Wyberti de Rotindoun' et pueris suis et seruiciis eorum de terris quas ipsi tenent de predicto tenemento ; tenenda hereditario iure de se et heredibus suis in perpetuum per liberum seruicium x. solidorum per annum reddendorum ad quinque terminos per annum, scilicet, ad festum sancti Thome apostoli ij. solidos, et ad Pascha Floridum ij. solidos, et ad Pentecosten ij. solidos, et ad festum sancti Iohannis Baptiste ij. solidos, et ad festum sancti Michaelis ij. solidos, et ad Natale dabit iiij^{or} gallinas et ad Pascha l. oua. Et predictus Adam et heredes sui acquietabunt prefatam terram cum omnibus pertinenciis suis versus curiam de Lenham de iij. solidis et j*d.* | per annum. Prenominatus vero Aldwinus et Edilda vxor sua et heredes eorum acquietabunt prefatam terram cum pertinentibus omnibus de omnibus aliis seruiciis et consuetudinibus que inde debentur prefate curie de Lenham et domino regi et aliis. (Folio 330, r^{o}.)

Finalis concordia inter Robertum abbatem et Reginaldum de Cateland de vno mesuagio in Fauersam.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Cantuariam in octabis exaltacionis Sancte Crucis anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xj^{o} coram Martino de Pateshill' archidiacono Norff', Thoma de Caunuill', Willelmo de Insula, Ricardo Duket, iusticiis, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Reginaldum de Catelande petentem et Robertum abbatem sancti Augustini tenentem de vno mesuagio cum pertinenciis in Fauersham ; vnde assisa mortis antecessorum summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod predictus Reginaldus remisit et quietumclamauit de se et heredibus suis predicto abbati et successoribus suis et ecclesie sancti Augustini totum ius et clamium quod habuit vel habere potuit in toto predicto mesuagio cum pertinenciis in perpetuum. Et pro (21 Sept. 1227.)

custom, that the King's Court should retain a copy of the fine, did not begin until July, 1195.

hac remissione, quieta clamancia, fine, et concordia predictus abbas dedit predicto Reginaldo iiij^or^ marcas argenti.

Finalis concordia inter Robertum abbatem et Eliam de Bouton de vno molendino in Lakersuuert.

(Jan. 1232.) Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Cantuariam a die sancti Hillarii in tres septimanas anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xvj° coram Thoma de Mulet', Willelmo de Ral', et Willelmo de Insula iusticiis itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Eliam de Bouton' petentem et Robertum abbatem sancti Augustini tenentem de vno molendino cum pertinenciis in Lakersuuert; vnde assisa mortis antecessoris summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet, quod predictus abbas recognouit totum predictum molendinum cum pertinenciis esse [ius][1] ipsius Elye et illud ei reddidit in eadem curia; habendum et tenendum ipsi Elye et heredibus suis de predicto abbate et successoribus suis et ecclesia sua sancti Augustini, reddendo inde annuatim x. solidos ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio ad ipsum abbatem vel ad successores suos vel ad ecclesiam suam sancti Augustini pertinente. Et pro hac recognicione, reddicione, fine, et concordia idem Elyas dedit predicto abbati iiij. marcas argenti.

Finalis concordia inter abbatem et Ricardum de Rokele quem Eudo de Sillinghall' vocat ad warantum de xl. acris terre.

(June, 1241.) Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Cantuariam a die Sancte Trinitatis in tres septimanas anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xxv° coram Willelmo de Eboraco preposito de Beuerle, Rogero de Thurkeby et | Gilberto de Preston iusticiis (Folio 330, v°.) itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter abbatem sancti Augustini Cantuarie petentem et Ricardum de Rokel', quem Eudo de Shilinghal' vocat ad warantum et qui ei warantizauit de xl. acris terre cum pertinenciis in Elmington'; vnde recognicio magne assise summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod predictus Ricardus recognouit predictam terram cum pertinenciis esse ius ipsius abbatis et ecclesie sue predicte. Et pro hac recognicione, fine et concordia idem abbas concessit predicto Ricardo predictam terram cum pertinenciis; habendam et tenendam eidem Ricardo et heredibus suis de predicto abbate et successoribus suis et ecclesia predicta in perpetuum, reddendo inde per annum decem et octo solidos ad festum

[1] Not in MS.

sancti Michaelis et xij*d.* pro auxilio vicecomitis pro omni seruicio, secta curie, et exactione, saluis eidem abbati et successoribus suis et ecclesie predicte releuiis et eschaetis de predicto tenemento cum acciderint. Et idem abbas et successores sui et ecclesia predicta warantizabunt eidem Ricardo et heredibus suis predictam terram cum pertinenciis per predictum seruicium contra omnes homines in perpetuum. Et hec concordia facta fuit presente Hamone de Creuequor et eam concedente. Et sciendum quod idem Ricardus fecit fidelitatem eidem abbati de predicto tenemento in eadem curia.

Finalis concordia inter abbatem et Iacobum de Hag' de xij. acris et dimidia in Taneto apud Ho.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis in vigilia sancti Andree apostoli apud Brenteford anno regni regis Ricardi secundo coram Gilberto episcopo Roffensi et Hugone Pyppard et Simone de Pateshell' iusticiis domini regis et aliis fidelibus domini regis tunc ibidem presentibus, inter Rogerum abbatem sancti Augustini et Iacobum de Haghe de xij. acris terre et dimidia cum pertinenciis in Ho in Tanet, quam terram cum pertinenciis idem abbas clamauit versus predictum Iacobum; et vnde recognicio summonita fuit inter eos in prefata curia domini regis, scilicet, quod tota predicta terra cum pertinenciis remanebit predicto Rogero abbati et ecclesie sancti Augustini sola et quieta a predicto Iacobo et heredibus suis in perpetuum. Et pro hac concordia predictus abbas dedit prefato Iacobo iij. marcas argenti.[1] (29 Nov. 1190.)

Finalis concordia inter Robertum Pol et Ricardum et Ceciliam vxorem suam de dimidio mesuagio in Cantuaria.

Hec est finalis concordia facta in capitali curia domini abbatis de sancto Augustino Cantuarie et in burgimoto ciuitatis Cantuarie anno iij. regni domini Henrici regis Anglie filii Iohannis regis inter Robertum Pol petentem per breue domini regis de recto et Ricardum de Thaneto et Ceciliam vxorem eius tenentes, scilicet, quod predicti Ricardus et Cecilia | pro se et heredibus suis dimiserunt et quietum-clamauerunt in perpetuum predicto Roberto et heredibus suis totam dimidietatem tocius illius mesuagii integre quod versus predictos Ricardum et Ceciliam petiit per breue domini regis sicut suum ius proprium et suam propriam hereditatem; que iacet proxima terre (1218–1219.) (Folio 331, r°.)

[1] The original of this fine is no longer in existence.

Ricardi Malbon versus east; tenendam et habendam predicto Roberto et heredibus suis iure hereditario in perpetuum, defendendo totam predictam dimidietatem predicti mesuagii versus dominos feodi ex omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et tota alia dimidietas tocius predicti mesuagii que est proxima mesuagio quod fuit Willelmi Cawel versus west remanebit in perpetuum predictis Ricardo et Cecilie et heredibus suis sicut suum ius proprium et sua propria hereditas absque omni calumpnia predicti Roberti et heredum suorum, defendendo totam predictam dimidiam tocius predicti mesuagii versus dominos feodi ex omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et vt predicta finalis concordia facta et recordata in predicta curia domini abbatis de sancto Augustino et in burgimoto ciuitatis Cantuarie firma et inconcussa in perpetuum remaneat, hanc presentem cartam cyrographatam in tribus partibus[1] diuisam sigillorum suorum munimine roborauerunt, vnde superior pars sigillata sigillorum vtriusque partis remanebit cum predicto breue domini regis de recto in thesauraria ecclesie sancti Augustini Cantuarie. Hiis testibus, Roberto de Tremfeld, Iohanne Turte, Rogero de Gepeswiz et multis aliis.

Finalis concordia facta inter Rogerum abbatem et Raginaldum et Matildem vxorem suam de senescallcia sancti Augustini.

(19 Oct. 1197.) Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium vj. die post Translacionem sancti Eadwardi anno regni regis Ricardi ix, coram domino H. Cantuariensi archiepiscopo, Radulfo Herefordensi, Ricardo Eliensi archidiaconis, magistro Thoma de Husseburn, Ricardo de Herierd', Symone de Pattysshal, iusticiis, et aliis fidelibus domini regis ibidem tunc presentibus, inter Reginaldum de Cornhull' et Matildem vxorem suam petentes per ipsum Reginaldum positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Rogerum abbatem de sancto Augustino Cantuarie et eiusdem loci conuentum tenentes de senescallcia eiusdem abbacie cum pertinenciis; vnde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet, quod predicti Reginaldus et Matildis vxor sua remiserunt et quietum clamauerunt prenominatis Rogero abbati et conuentui totum ius et clamium suum quod habuerunt in predicta senescallcia cum pertinenciis de eis et de heredibus

vacat.

[1] It appears from these words that a final concord in the Abbot's Court was drawn up in triplicate, as in the King's Court, but from what follows it appears that there was one head and two feet, whereas in the King's Court there was reckoned to be one foot and two heads.

eorum in perpetuum. | Et pro hoc fine et concordia et quieto clamio predicti abbas et conuentus dederunt prenominatis Reginaldo et (Folio 331, v°.)
xx
Matilde vxori sue iiij marcas argenti et quinquaginta acras terre que iacent inter parcum de Litleburne et Wolton' quas Clerembaud tradidit Hamoni filio Rogeri, tenendas ipsi Reginaldo et Matilde vxori sue et heredibus eorum de prenominatis abbate et conuentu per liberum seruicium xij*d.* per annum pro omni seruicio ad festum sancti Michaelis soluendorum.[1]

Finalis concordia inter Ricardum le fiz le Rey et Roysiam vxorem suam et Robertum abbatem de vna carucata terre in Syberteswald'.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Roffam (Feb. 1232.) a die sancti Hillarii in vnum mensem anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xvj. coram Thoma de Mulet', Willelmo de Ral', Willelmo de Insula, iusticiis itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Robertum abbatem sancti Augustini Cantuarie petentem et Ricardum le fiz le Rey [2] et Roesiam vxorem eius tenentes de vna carucata terre cum pertinenciis in Syberteswald'; vnde placitum fuit inter eos in prefata curia scilicet quod predicti Ricardus et Roesia recognouerunt totam predictam carucatam terre cum pertinenciis esse ius ipsius abbatis et ecclesie sancti Augustini Cantuarie. Et pro hac recognicione, fine et concordia idem abbas concessit predictis Ricardo et Roesie totam predictam carucatam terre cum pertinenciis, habendam et tenendam ipsis Ricardo et Roesie et heredibus ipsius Roesie de predicto abbate et successoribus suis et ecclesia sua sancti Augustini in perpetuum, reddendo inde annuatim xxiiij^{or} solidos ad festum sancti Andree pro omni seruicio, consuetudine et demanda vbi prius non solebant reddere nisi xx. tantum. Et predictus abbas et successores sui warantizabunt predictis Ricardo et Roesie et heredibus ipsius Roesie totam predictam carucatam terre cum pertinenciis, et illam acquietabunt et defendent per predictum seruicium contra omnes homines in perpetuum.

Finalis concordia inter R. abbatem et Hugonem filium Hasket' de xl. acris terre in Salemoneston'.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis Ricardi apud (14 Sept. 1194.) Cantuariam die Mercurii proximo post Natiuitatem beate Marie anno

[1] This is printed in *Fines of 9 Rich. I* (Pipe Roll Soc.), p. 36.

[2] Richard de Warenne, *alias* Richard of Dover, illegitimate son of King John. See *The Genealogist* for Oct. 1905.

regni regis Ricardi vj. coram G. Roffensi episcopo et Osberto filio Hereuey, et magistro Simone de Scal', et Radulfo de Sancto Martino, et Willelmo de Auberuille[1] iusticiis domini regis et multis aliis fidelibus domini regis tunc ibidem presentibus inter Hugonem filium Ask' petentem et R. abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie tenentes de xl. acris terre cum pertinenciis in Salemoneston'; vnde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet, quod predictus Hugo concessit predicto | abbati et conuentui tenere de eo et de heredibus suis in perpetuum predictas xl. acras terre cum pertinenciis in Salemoneston pro xxv*d.* et *ob.* de libero gabulo per annum, reddendis in media xl^{ma} pro omni seruicio. Et pro hac concessione, fine et concordia predicti abbas et conuentus dederunt michi prefato Hugoni j. marcam argenti. Et sciendum quod predicti abbas et conuentus concesserunt predicto Hugoni iij. acras terre cum pertinenciis in Salemonest' quas prius tenuit, tenendas ipsi et heredibus suis de sacrista sancti Augustini Cantuarie libere et quiete pro tribus obolis pro omni seruicio per annum in media Quadragesima.

(Folio 332, r°.)

(18 Feb. 1289.)

Omnibus[2] Cristi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris Stephanus de Pencestre eternam in Domino salutem. Cum manerium de Sybertyswelde, quod est de baronia sancti Augustini Cantuarie et de hereditate filiarum et heredum domini Walteri de Wyngham, de domino abbate sancti Augustini Cantuarie et ecclesia sua sancti Augustini per seruicium militare, homagium, sectam curie sue sancti Augustini Cantuarie de tribus septimanis in tres septimanas faciendam et per viginti quatuor solidos annuos tenuissem, ita quod inter prefatas filias et heredes dicti domini Walteri de Wyngham et ipsum abbatem et ecclesiam suam inde medius extitissem, volens eidem abbati et suo conuentui et ecclesie sue sancti Augustini graciam facere specialem homagium, fidelitatem et totum seruicium a prefatis heredibus aliquando michi debitum vna cum custodiis, releuiis, maritagiis, sectis, escaetis, et aliis de dicto tenemento de Sibertyswelde emergentibus dictis abbati et conuentui et eorum successoribus reddidi, remisi et quietumclamaui absque vllo retenemento mei vel heredum meorum imperpetuum. In quorum omnium testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Rogero de Tylmanestone, domino Henrico de Apeldrefeud, domino Henrico Pyrot, domino Alano de Twytham, militibus, domino Henrico de Ledes,

Melius Sibertiswalde.[3]

[1] MS. :—Auberelle.
[2] This and the next two deeds are in a later hand.
[3] In a later hand.

domino Henrico de Kemesynge, Willelmo de Hawte, Nicholao de Bere, Iohanne Payable, Philippo de Stureya, Willelmo de Cokfeud, Willelmo de Honkynge, Iohanne clerico et multis aliis. Data apud Cantuariam, die Mercurii proximo post festum sancti Valentini, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici septimo decimo. Volo insuper et concedo quod inter prefatum abbatem et ecclesiam suam predictam et feodum suum prenominatum nullus de cetero remaneat medius sed predictum tenementum cum pertinenciis de prefato abbate et ecclesia sua predicta de cetero teneatur in capite per seruicium predictum imperpetuum.

Testatur presens indentura quod Iohannes de Frenyngham dimisit et presenti indentura concessit Wilmyne que fuit uxor Thome atte Crouche omnia illa terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis iacencia in villis de Patrikesbourne, Netherhardres et Bregge in comitatu Cant' que predictus Iohannes de Frenyngham vna cum Iohanne fitz William, Thoma Godeneston, Stephano Norton de Charte, Iohanne Brunston et Ricardo Skyppe iam defunctis dudum habuit ex concessione Nicholai atte Crowche patris predicti Thome atte Crouche; habenda et tenenda omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis prefate Wilmine et heredibus de corporibus eorundem Thome atte Crouche et Wilmine legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita et de iure consueta imperpetuum. Et si predicta Wylmina sine herede de corporibus eorundem Thome et Wilmine legitime procreato obierit, extunc omnia predicta terre et tenementa cum omnibus pertinenciis suis remaneant Iohanni atte Crouche filio predicti Nicholai; habenda et tenenda eidem I. et heredibus de corpore suo legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita et de iure consueta imperpetuum. Et si idem Iohannes atte Crouche sine herede de corpore suo legitime procreato obierit, extunc omnia predicta terre et tenementa cum omnibus suis pertinenciis remaneant Alicie vxori Iohannis Petyt de Charteham filie predicti Nicholai; [habenda et] tenenda eidem Alicie et heredibus de corpore suo legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita et de iure consueta imperpetuum. Et si eadem Alicia sine herede de corpore suo legitime procreato obierit, extunc omnia predicta terre et tenementa cum omnibus suis pertinenciis remaneant Isabelle vxori Iohannis Petyt de Bregge, filie predicti Nicholai; habenda et tenenda eidem Isabelle et heredibus de corpore eiusdem Isabelle legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita et de iure consueta imperpetuum. Et si predicta Isabella sine herede de corpore suo legittime procreato obierit, extunc omnia predicta terre et tenementa cum omnibus suis pertinenciis integre remaneant abbati sancti Augustini Cantuarie qui adtunc fore contigerit; habenda et tenenda eidem abbati et heredibus suis imper- (Folio 332, v°.) (10 Apr. 1408.)

petuum in forma subsequenti, videlicet quod predictus abbas vendat omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis et cum pecunia inde | recepta capellani seculares pro animabus predicti Nicholai, patris, matris, liberorum, parentum et amicorum suorum necnon et omnium fidelium defunctorum diuina celebraturi inueniantur; prouiso semper quod predictus abbas habeat et de pecunia illa ad vsum suum proprium recipiat viginti libras sterlingorum pro labore et diligencia suis in hac parte circa premissa bene et fideliter facienda. In cuius rei testimonium huic indenture predictus Iohannes de Frenyngham sigillum suum apposuit. Dat' apud Patrikesbourne predictam decimo die mensis Aprilis anno regni regis Henrici quarti post conquestum nono; hiis testibus, domino Nicholao Hawte milite, Iohanne de Bertone, Roberto Surrinden, Iohanne Isaak, Iohanne Dreylond de Fauersham iuniore et multis aliis.

(Folio 333, r°.)

Hec est vltima voluntas Nicholai atte Crouche super quodam feoffamento facto Iohanni de Frenyngham, Stephano Northon de Chart, Iohanni filio Willam', Iohanni Bronstone, Thome Godneston et Ricardo Skyppe de omnibus terris et tenementis ipsius Nicholai in Patrykesbourne, Netherhardres et Bregge iuxta vim et effectum in quadam carta feoffamenti inde facta contentum; in primis, videlicet, quod predicti feoffati habeant et teneant omnia predicta terras et tenementa cum suis pertinenciis in manibus suis absque aliquo dono vel feoffamento inde quouismodo alicui faciendis quousque omnia debita et legata ipsius Nicholai ac centum marce ad maritagium Alicie filie Nicholai dicti plene persoluantur; et quod post debitum et legatum ipsius Nicholai ac predictas centum marcas in forma predicta soluta, tunc predicti feoffati liberent omnia predicta terras et tenementa cum eorum pertinenciis Thome filio Nicholai eiusdem et vxori sue, si que adtunc superstes fuerit, habendum eisdem Thome et vxori sue vel eidem Thome, si nullam habeat vxorem, et heredibus de corpore ipsorum vel ipsius vt premittitur legittime procreatis [etc. as in the previous deed].

(Folio 333, v°.)

[The abbot of St. Augustine's, by a writ issued at Westminster, Nov. 20, 12 Hen. IV, is summoned to attend a Parliament on the 16th of January next.]

(Folio 334, r°.) Composicio inter nos et archiepiscopum. (25 Mar.–10 Oct. 1237.)

Nouerint vniuersi presens scriptum inspecturi quod cum inter dominum Eadmundum Dei gracia Cantuariensem archiepiscopum tocius Anglie primatem, magistrum Symonem de Langedon' archydiaconum Cantuarie ex vna parte et dominum Robertum abbatem et conuentum beati Augustini Cantuarie ex altera controuersia diucius mota fuisset super ecclesia de Chystelet et iurisdiccione cohercendi homines et clericos ipsorum abbatis et conuentus delinquentes in diocesi Cantuariensi extra septa sui monasterii, que

continent elemosinariam extra portam eorum, necnon ordinacione vicariarum in capellis spectantibus ad ecclesiam de Menstre, et pulsacione campanarum que fieri consueuit, vt dictum est, in ecclesiis suis in aduentu ipsius abbatis, et de inclusione anachoritarum, et de annuis prestacionibus quas in diuersis ecclesiis sui patronatus dicti abbas et conuentus ab antiquo perceperunt, et super ecclesiis de Mideltone et de Fauersam, necnon super custodia ecclesiarum vacancium de patronatu ipsorum, et clauibus et sequestris et missione in corporalem possessionem et procuracionibus et fructibus medii temporis, et benedictione abbatis sine exactione professionis in monasterio sancti Augustini per archiepiscopum facienda, vt omnis materia litis amputetur in futuro et hactenus mota conquiescat, ad perpetuam pacem super articulis prenotatis tandem amicabiliter sic conuenit. Archiepiscopus siquidem memoratus inspecta composicione inter bone memorie predecessorem suum Ricardum et Rogerum tunc abbatem sancti Augustini cum consensu conuentus vtriusque olim facta sub sigillis eorundem et sub sigillo illustris quondam regis Anglie Henrici verbo ad verbum certificata, accusacionem priuilegiorum sancti Augustini pro se et conuentu suo, sicut dictus predecessor suus antefecerat, cum consensu dicti archidiaconi renunciauit. Idem eciam archiepiscopus inspecta sentencia bone memorie Alexandri pape contra prefatum Ricardum predecessorem suum et successores ipsius comunicato fratrum consilio prouulgata, inspectis eciam priuilegiis Romanorum pontificum Lucii et Vrbani, qui dictam sentenciam ex certa sciencia confirmauerunt, pro se et successoribus suis concedit in futuro benedicionem inpendere electis sancti Augustini in eodem monasterio sine exactione professionis, cum ad hoc fuit requisitus. Cum antedictus archiepiscopus | ad benedicendum electum vt dictum (Folio 334, v°.)
est venerit cum processione et pulsacione a conuentu recipietur, ita vt per hoc in nullo eorum priuilegiis derogetur vel idem aliquid iuris ea vice possit vel alia infra septa dicti monasterii contra tenorem priuilegiorum suorum vendicare. Electus vero beati Augustini statim in accepcione benedictionis mitram geret et insignia abbatis eiusdem consueta. De subiectione autem clericorum et hominum abbatis et conuentus sancti Augustini sic conuenit quod clerici eorum et homines maneriorum et abbacie archiepiscopo Cantuariensi et archidiacono et eorum officialibus in spiritualibus subiacebunt racione delicti extra septa antedicta perpetrati; hac distinctione seruata quod clerici siue seruientes capitales in maneriis ipsorum cum sint de familia abbatis, si quando fecisse dicantur aliquid quod excommunicacionem inducat maiorem vel minorem, ante discussionem facti nisi forte factum esset notorium vel antequam confessi fuerint vel conuicti vel in opere

deprehensi vel contumaces post legitimam citacionem extra septa monasterii sibi factam ab ordinariis nec excommunicari poterunt nec suspendi. Si quis autem taliter extra septa delinquencium ad monasterium confugerit, abbas vel is qui pro tempore preerit monasterio compellet eum stare iuri coram eisdem vel expellet eum de abbacia, omni tamen iurisdictione ordinaria seu cohercione infra septa monasterii cessante. Instituciones eciam personarum seu vicariorum in ecclesiis sancti Augustini ab archiepiscopo vel eius officiali fient ad presentacionem abbatis et conuentus sancti Augustini, ita quidem quod cum personam vel vicarium in ipsorum ecclesiis decedere contigerit, retencio clauium penes abbatem et conuentum residebit donec ad presentacionem eorum aliquis instituatur. Et post factam institucionem missio fiat per archidiaconum in corporalem possessionem, salua tamen interim iurisdictione archidiacono debita, si ad illas ecclesias accedat vel mittat. Fructus vero medii temporis inter abbatem et archidiaconum dimidiabuntur; et ei qui vice archidiaconi faciet missionem abbas et conuentus tradent clauem. Archidiaconus vero vel eius nuncius omnem residuam solempnitatem faciet; simul eciam erit dimidiacio sequestrorum. Item, pro bono pacis concedunt abbas et conuentus quod archidiaconus quando visitacionis officium exercet in ecclesiis eorum sicut in aliis | ecclesiis diocesis Cantuariensis recipiat procuracionem consuetam, exceptis propriis eorum ecclesiis, scilicet, de Menstre et de Norhtburne, de Chistelet, et de Fauersam, et de Middelton', que cum capellis inmunes erunt in futuro tam de donis quam a procuracione archidiaconi et eius officialium. Item, quamuis pro litibus sopiendis in futuro concedant abbas et conuentus quod in ecclesiis eorum institutiones personarum et vicariorum fiant per archiepiscopum vel eius officialem, et per archidiaconum vt premissum est missio in corporalem possessionem, prenominate tamen proprie ipsorum ecclesie libere erunt ab omni suspensione et interdicto ordinariorum in perpetuum, cum eis a sede apostolica sit indultum ne Cantuariensis archiepiscopus vel archidiaconus seu eorum officiales ecclesias eorum suspendere possint vel supponere interdicto, salua tamen omni iurisdictione in personas vt dictum est. In capellis vero de Menstre, scilicet, sanctorum Petri, Iohannis, Laurencii, presentabunt domino archiepiscopo ydoneos sacerdotes perpetuos ad alteragia, ita tamen quod singula alteragia valeant decem marcas, qui hac porcione tantum erunt contenti sub pena amissionis dicte porcionis, si coram iudice quocumque ex certa sciencia[1] plus aliquando pecierint; presertim cum vicarius matricis

(Folio 335, r°.) Nota bene.

Nota eciam.

[1] MS. :—*sentencia* ; which may be right.

ecclesie de Menstre cui est sufficiens vicaria ab antiquo taxata in eisdem, vicarie sue racione minutarum percipiat decimam decimarum, agnorum, videlicet, et porcorum et obuenciones ex matrimoniis et purificacionibus post partum et corporum quorumdam sepultura prouenientes, aliis ecclesiarum suarum capellis in quibus fuerunt vicarii in suo statu remanentibus. Prefatus siquidem archiepiscopus cum consensu archidiaconi inspectis Romanorum pontificum priuilegiis et predecessorum suorum, scilicet, Teodbaldi, Ricardi memorati et Huberti necnon et capituli sui et illustrium regum Anglie scriptis autenticis memoratas ecclesias, scilicet, de Menstre, de Norhtburne, de Chistelet, de Fauersam, de Middelton cum capellis suis et decimis quas racione earum perceperunt ab antiquo et omnibus pertinenciis suis, lite mota per predecessores suos non obstante, concedit et confirmat eisdem cum prebenda de Gocistun' vsibus ipsorum perpetuis pacifice retinendas cum libertate supradicta, saluis vicariis consuetis, dum tamen vicarius ecclesie de Chistelet qui pro tempore fuerit de sua vicaria ad quam spectant omnes | obuenciones et minores decime preter garbas et fenum quinque marcas annuales soluat eisdem. Quod autem campanarum [pulsatio][1] fiat de cetero contra abbatem in ecclesiis dictorum abbatis et conuentus secundum quod fieri consueuit archiepiscopus sustinebit. Anachorite vero de cetero non fient in ecclesiis sancti Augustini ab abbate nisi per ordinarium nec per ordinarium nisi de consensu abbatis. Pro annuis autem pensionibus quas vt premissum est in diuersis ecclesiis sui patronatus abbas et conuentus hactenus perceperunt, concedit eisdem dictus archiepiscopus in ecclesia de Preston' vel de Sellinges quam cicius vacare contigerit viginti marcas annuas perpetuo percipiendas, ita tamen quod cetere ipsorum ecclesie de cetero sint libere ab huiusmodi prestacionibus et pensionibus et dicti abbas et conuentus nichil amplius in illa nec in aliis ecclesiis quas nunc in proprios [vsus][2] non habent aliquam appropriacionem de iure vendicent in futuro, nisi eis de nouo concedantur. Vt autem tollatur omnis sinistra suspicio, dicti abbas et conuentus nullam ecclesiam sui patronatus de cetero habebunt ad firmam nisi de consensu ordinarii[3]. Si qua vero parcium predictarum contra istam composicionem aliquid vel[4] impetrauit vel impetrauerit in futuro, irritum habeatur et inane, composicione[5] nichilominus firmum robur obtinente. Facta est autem hec composicio anno ab Incarnacione Domini M° CC° XXXVIJ° pontificatus dicti Eadmundi Cantuariensis archiepiscopi anno quarto.

(Folio 335, v°.) Nota de quinque marcis soluendis abbati sancti Augustini.

[1] Not in MS.
[2] Not in MS.
[3] MS. :—ordinarium.
[4] MS. :—nec.
[5] MS. :—confirmacione.

(Folio 336, r°.) Serle.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit prior et capitulum Ecclesie Cristi Cantuarie eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas [vestra][1] nos composicionem factam inter venerabilem patrem dominum E. Cantuariensem archiepiscopum ex vna parte et viros religiosos abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie ex altera super quadam parte more de Shirle, inspexisse in hec verba:—Nouerint vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit quod cum controuersia mota esset inter venerabilem patrem dominum Eadmundum archiepiscopum Cantuariensem ex vna parte et dominum Robertum abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie ex altera, vnde placitum motum fuit inter eos in comitatu Cantie per breue domini regis de diuisis de quadam mora in Shirle et quodam brocho, in cuius possessione diutina asserebat pars archiepiscopi ipsum et suos predecessores exstitisse, parte monachorum id negante et asserente se dictum brochum sicut et aliam partem ipsius, que est vicinior boscho ipsorum, a longis retro temporibus continue possedisse, et moram similiter ad ipsos de iure pertinere, sicut per diuisas quondam factas ex precepto regis Iohannis erant docere parati, tandem de consilio virorum prudentum predicta controuersia per composicionem amicabilem sic quieuit, videlicet, quod tota mora predicta dicto domino archiepiscopo et suis successoribus brochum vero prefatum integre abbati et conuentui sancti Augustini in perpetuum permaneat. Et ne de loco diuisionis more et brochi predictorum possit in futuro dubitari, factum est fossatum continens xij. pedes in latitudine inter moram et brochum prescriptum de terra partis vtriusque equaliter. Quocienscumque vero, terra crescente, fossatum illud necesse fuerit renouari vel mundari communibus expensis fiet per balliuos de Audinton' et de Snaues. Vt autem hec composicio firma et stabilis perpetuis temporibus perseueret sigilla parcium | presenti scripto cyrographato alternatim sunt appensa; hoc firmiter vtrimque promisso quod dictus archiepiscopus et eius successores in dicto brocho abbas vero et conuentus sancti Augustini in dicta mora nichil iuris de cetero vendicabunt. Actum anno Domini M° CC° xl°. Hiis testibus, domino Iohanne episcopo, domino R. abbate de Begeham, magistris R. de Abbedon' rectore ecclesie de Wyngeham, Ricardo de Wich' cancellario et aliis. Nos igitur dictam composicionem ratam habentes in signum ratihabicionis nostre presenti scripto sigillum capituli nostri fecimus apponi. Valeat vniuersitas vestra semper in Domino.

(1240.)

(Folio 336, v°.)

Inter camerarium et

Omnibus presentes literas inspecturis vel audituris Robertus Dei

[1] Not in MS.

gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos ex certis et necessariis causis de communi consilio capituli nostri ea que presenti scripto cyrographato annotata sunt statuisse, et vt perpetuis temporibus robur optineant firmitatis sigillo capituli nostri roborasse; videlicet, quod elemosinarius domus nostre de cetero habebit omnes decimas de Soueldone et de Fenglesham et de Betleshengre tam maiores quam minores quas aliquando camerarius noster percipere consueuit. Camerarius vero habebit omnes decimas tam maiores quam minores quas elemosinarius percipere consueuit in Merethone et Oxenae et de Vhþtlininge, que tenentur de curia de Northburne in capite, cum decimis maioribus de Wynekeland que ad elemosinariam pertinere noscuntur. Reddet autem camerarius annuatim abbatie de Langedon' vel illi qui pro tempore diuina tenentibus nostris de Oxenal' ministrabit iij. bussellos ordey. Predictus vero elemosinarius in supplementum dictarum decimarum camerario qui pro tempore fuerit reddet annuatim v. marcas sterlingorum in Cathedra sancti Petri, et si aliquando a solucione dictarum v. marcarum in dicto termino facienda cessauerit nisi consensus camerarii interuenerit, ad vinum ad opus conuentus dimidiam marcam prestabit; | suspendetur eciam ab illo die ab officio administracionis elemosinarie intus et foris vsque ad quindenam proximo venturam completam. Et dictus camerarius infra dictum terminum quindene de bonis elemosinarii per manum suam v. marcas sibi debitas per visum duorum fratrum de conuentu fidedignorum ex precepto abbatis sine vlla contradictione, fideliter tamen et sine wasto, faciet. Insuper si aliquando lis mota fuerit camerario super decimas quas in excambium recepit vel aliquam porcionem earum, dictus elemosinarius sumptibus suis et laboribus decimas illas defendet, et [si][1] in solidum vel pro parte aliqua euincantur, arbitrio abbatis et quatuor fratrum de conuentu sanioris et pericioris consilii sufficienter camerario satisfaciet, et camera conseruabitur indempnis. Hoc idem de decimis quas elemosinarius in exscambium recepit per omnia volumus obseruari. Factum est autem hoc exscambium anno Dominice Incarnacionis M° CC° XL°.

elemosinarium de concambio. (1240.)

(Folio 337, r°.)

Cirographum S. de Langed' archidiaconi de pensionibus ecclesiarum de patronatu nostro.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris magister S. de Langeton' archidiaconus Cantuariensis salutem in (1243.)

[1] Not in MS.

Domino sempiternam. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire quod cum pro pensionibus siue prestacionibus annuis, quas abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie in diuersis ecclesiis sui patronatus ab antiquo perceperant, felicis recordacionis E. quondam Cantuariensis archiepiscopus de consensu nostro, capitulo Cristi Cantuarie id per omnia postmodum approbante, prout in composicione inter nos inita et per sedem apostolicam confirmata liquido continetur, xx. marcas annuas in ecclesia de Preston' vel de Selling' quam cicius vacare contingeret duxerit concedendum, vacante postmodum ecclesia de Preston', quia dicti abbas et conuentus certam porcionem decimarum in dicta ecclesia ad valenciam xx. marcarum sibi pecierunt assignari, nos auctoritate sedis Cantuariensis que tunc vacabat, inquisicione legitima de valore dicte ecclesie prius facta, medietatem maiorum decimarum pro pensionibus memoratis de consensu H. de Wyngeham clerici, quem ad residuam dicte ecclesie porcionem legitime presentarunt, eisdem assignauimus percipiendam perpetuis temporibus in eadem. Et preterea dicti abbas et conuentus soluent annuatim | Galfrido vicario ipsius ecclesie, quamdiu erit vicarius, xl. solidos quos Matheus Haringod rector illius ecclesie reddere consueuit, ita quod amodo omnes ecclesie ipsorum pensionales et capelle a memoratis pensionibus quiete et libere remanebunt. Vnde ad cautelam nomina omnium ecclesiarum patronatus ipsorum pensionalium presenti scripto duximus inserenda, ne super iure dictorum abbatis et conuentus dictis ecclesiis vel liberacione et quieta-clamacione pensionum possit in posterum dubitari. Nomina ecclesiarum sunt hec:—Ecclesia de Menstre cum tribus capellis suis, scilicet, sanctorum Petri, Iohannis et Laurencii que consueuit reddere xij. solidos, Ecclesia de Stanores ij. solidos, Ecclesia sancti Petri in Sandwic' ij. solidos, Ecclesia de Norhtburn' cum capellis de Schoueldon' et Munigham et Langedun' vj. solidos, Ecclesia de Litleburne cum capella de Garnwint' iij*s*., Ecclesia de Chistelet x. solidos, Ecclesia de Westbere xij*d*., Ecclesia de Forwiz et de Sturreya x. solidos, Ecclesia de Preston' iij*s*., Ecclesia de Swalecliue xij*d*., Ecclesia de Fauersaham cum capella sua de Schelwic' iiij^{or} libras, Ecclesia de Middelton' cum suis capellis xl. solidos, Ecclesia de Sellingg' xliij. solidos, Ecclesia de Lenham cum capella de Reyton ix*s*. et viij*d*., Ecclesia de[1] Frithindenne ij. solidos, Ecclesia de Stanes ij. solidos, Ecclesia de Broke ij. solidos, Ecclesia de Snaues xij*d*., Ecclesia de Demecherche ij. solidos, Ecclesia de Borewaremareys ij. solidos, Ecclesia de Tentwarden' iij. solidos, Ecclesia de Keninton' x. solidos,

(Folio 337, v°.)

Nota.

[1] This word is not in the MS.

Ecclesia de Wyuellesberg' ij. solidos; In ciuitate Cantuarie:—Ecclesia sancte Mildrede x. solidos, Ecclesia sancte Marie iuxta castrum xij*d.*, Ecclesia sancti Iohannis vj*d.*, Ecclesia sancte Margarete iij. solidos, Ecclesia Omnium Sanctorum xij*d.*, Ecclesia sancti Andree xij*d.*, Ecclesia sancte Marie Magdalene xij*d.*, Ecclesia sancti Pauli iij. solidos; quas omnes pensiones dicti abbas[1] et conuentus futuris temporibus remiserunt, saluo sibi iure patronatus in eisdem in perpetuum et omni reuerencia que patronis debetur a iure, et pulsacione contra abbatem consueta, | hac protestacione prius ab eis facta quod (Folio 338, r°.) eis nichilominus remanebunt decime prediales quas in quibusdam parochiis perceperunt ab antiquo, et v. marce[2] in vicaria de Chistelet quas retinent[3] per composicionem, et cereus vnius libre de ecclesia de Stodmersche in signum patronatus, et xx. solidi de ecclesia de Syberteswald' quos nomine decimarum dominii de Syberteswald' a rectore dicte ecclesie percipiunt annuatim, et xiij. solidi et iiij^{or}*d.* de ecclesia de Borden', et x. solidi de ecclesia de Beansfeld' quos quando dictas ecclesias prioratibus de Ledes et de Cumbwell contulerunt sibi in signum dominii tamquam firmam reseruarunt, et ij. marce de ecclesia de Sutton' quas nomine decimarum suorum tenencium in dicta parochia ad vitam rectoris qui nunc est sibi retinent de ipsius voluntate et assensu, et iiij^{or} libre quas ab abbate et conuentu de Fauersaham pro redempcione decimarum dominii sui percipiunt annuatim, et xxiiij^{or} solidi de capella de Bobbing' quos a monialibus de Scapeye racione quarundam decimarum simili modo percipiunt et x. solidi de Rodmeresham quos racione decimarum percipiunt. Et ille quem ad residuam dicte ecclesie, videlicet de Preston', porcionem dicti abbas et conuentus in posterum presentabunt simul cum procuratione[4] archidiaconi vel eius officialis omnia honera ipsius ecclesie consueta et debita perpetuo sustinebit. Et quoniam omnes domos dicte ecclesie cum fundo in quo site sunt rectori eiusdem assignauimus, vt dicti abbas et conuentus in dicta parochia certum locum haberent ad orrea construenda, in quibus collocare suas garbas valeant in futuro, vnam acram de terra dicte ecclesie eis ad edificandum tenore presencium assignamus. Et dicti abbas et conuentus dictis fundo et maiorum medietate decimarum contenti erunt in perpetuum nomine xx. marcarum vt dictum est, nisi de nouo vberior eis gracia ab illis quorum intererit concedatur. In cuius rei testimonium dicti abbas et conuentus et memoratus archidiaconus | sigilla sua altrinsecus (Folio 338, v°.) presenti scripto cyrographato apposuerunt. Actum anno Domini M° CC° xliij°.

[1] MS.:—abbatis.
[2] MS.:—marcas.
[3] MS.:—retinet.
[4] MS.:—procuratore.

(Folio 339, r°.)
(1224–1232.)

De ecclesia sancti Iohannis.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus Alderman filius Iohannis Alderman de Cantuaria eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dimisisse et quietum clamasse domino Roberto abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui totum ius et clamium quod habui vel habere potui in aduocacione ecclesie sancti Iohannis in Cantuaria, ita quod nec ego nec aliquis successorum meorum aliquod ius in dicta ecclesia aliquando poterimus vendicare. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, domino Martino de Pateshell', archidiacono de Northfolk', Willelmo de Insula, Thoma de Comuill' etc.

De ecclesia sancti Eadmundi.

Nota.

Sciant presentes et futuri fideles sancte matris ecclesie quod ego Hamo filius Willelmi de Sturem' in veritate recognosco quod ecclesia sancti Eadmundi de Radingate de iure beati Augustini Cantuarie est et de donacione abbatis et conuentus eiusdem loci, et si quam donacionem vel concessionem contra hoc feci siue scripto siue alio modo monialibus Sancti Sepulcri vel aliis quibuscumque personis circa hanc ecclesiam, contra ius predictorum abbatis et monachorum sancti Augustini Cantuarie et contra equitatem et fidelitatem quam debeo ecclesie beati Augustini me fecisse profiteor[1]. Hiis testibus, magistro Radulfo de Forda, Helya clerico, Vincencio clerico ducisse Saxonie, Gilberto filio Hamonis etc.

Memorandum de xij*d.* debitis pro redditu de ecclesia sancti Edmundi. (1184.)

R. Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus vniuersis sancte matris ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit perpetuam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et dedisse sanctimonialibus Sancti Sepulcri Cantuarie in perpetuam et puram elemosinam ecclesiam de Radingate cum omnibus pertinenciis suis; tenendam et habendam de sancto Augustino et de nobis in perpetuum, ita quod[2] sanctimoniales predicte in recognicionem iuris nostri, quod in ipsa ecclesia sancti Edmundi habemus, xij*d.* de ipsa ecclesia singulis annis reddent super altare sancti Augustini in die solempnitatis ad organa reparanda. Et inde fidelitatem iurauerunt nobis in capitulo nostro Iuliana tunc priorissa et Cristina tunc priorissa. Factum est hoc in capitulo nostro, anno ab Incarnacione Domini M° C° lxxx°iiij°. Hiis testibus,

[1] MS.:—frefiteor.

[2] MS.:—quidem.

magistro Radulfo vicearchidiacono, magistro Radulfo de Fordes, Gilberto fratre abbatis et multis aliis.

Composicio de ecclesia sancti Petri de Sanduico inter abbatem et barones.

(Folio 339, v°.)

Hec est composicio facta inter dominum Robertum abbatem sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentum ex vna parte et barones portus de Sandwico ex altera; inter quos cum controuersia orta esset super iure patronatus ecclesie sancti Petri in Sandwico, tandem de prudentum virorum consilio et vtriusque partis assensu in hunc modum conquieuit, videlicet, quod quocienscumque ecclesia sancti Petri in Sandwico vacabit abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie et barones de Sandwico semper simul presentabunt, ita scilicet, quod abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie vna vice libere pro voluntate sua et barones alia vice pro voluntate sua conferent ecclesiam prenominatam cui voluerint. Presentabunt autem abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie per literas facientes mencionem de iure baronum de Sandwico et barones similiter de Sandwico presentabunt per literas facientes mencionem de iure abbatis et conuentus sancti Augustini Cantuarie. Illud eciam sciendum est quod quocienscumque barones de Sandwico ibunt in seruicio domini regis, capellanus sancti Petri de Sandwico ibit[1] cum eis ad solidatas sex denariorum qualibet die quamdiu fuerint in expedicione, siue abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie siue barones de Sandwico dictam ecclesiam contulerint. Et vt hec composicio firma et[2] stabilis in perpetuum perseueret, presenti cyrographo sigilla sua altrinsecus apposuerunt. Actum anno Domini M° CC° XX° septimo anno regis Henrici tercii vndecimo.

(25 Mar.–27 Oct. 1227.)

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit R. Dei gracia abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos intuitu caritatis concessisse et donasse magistro Radulfo clerico nostro ecclesiam sancti Petri in Sandwico in puram et perpetuam elemosinam, salua nobis annua pensione quam ecclesia illa debet ecclesie nostre, scilicet, duobus solidis in Pascha. Et sciendum quod predictus magister Radulfus iurauit in capitulo nostro fidelitatem nobis et ecclesie nostre tactis sacrosanctis ewangeliis. Hiis testibus, Willelmo Puinnant, magistro Willelmo, magistro Stancio, clericis sancti Augustini, Widone Ianitore, Willelmo Coco, Alexandro Hospinel hostiario et multis aliis.

[1] MS.:—ibunt.

[2] This word is not in the MS.

(Folio 340, r°.) Decime Ade de Shirlande. (1188.)

Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus vniuersis fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et tradidisse Agneti priorisse[1] et conuentui sancte Sexburge de Scapaia quasdam decimas quas habemus intra parrochiam illarum, tenendas de beato Augustino et de nobis ad perpetuam firmam pro quatuordecim solidis annuatim in duobus terminis anni, scilicet, septem solidis in festo sancti Martini et septem solidis intra septimanam Pentecostes quos semper reddent in manu sacriste nostri et in ecclesia sancti Augustini. Sunt autem hee decime. Decime de Westlande que fuit Ade militis de Shirlande et decime Ade Rufin. Hec conuencio facta fuit anno ab Incarnacione Domini M° C° lxxx° viij°. Hiis testibus, magistro Radulfo tunc vicearchidiacono, Helya clerico de Ria, Iohanne capellano de Ward', Salomone capellano sancti Petri de Sadwico etc.

de sacrista.

Bobinge. (1186.)

Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus, vniuersis Dei fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod nos quasdam decimas quas racione ecclesie de Meddelt' habuimus intra parochiam de Bobbinges concessimus Agneti priorisse sancte Sexburge de Scapeia et conuentui eiusdem loci, tenendas in perpetuum de beato Augustino et de nobis, reddendo inde nobis singulis annis decem solidos sterlingorum in duobus terminis anni scilicet, in die Natalis Domini v^que^ solidos et in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste v^que^s. Hee igitur sunt decime:—Decime, scilicet, Wiberti filii Godelief, decime Walteri filii Iohannis et decime Gregorii, super quibus questio fuit aliquando inter Willelmum de Tigeseye et Osbernum personam ecclesie de Bobbinges et lis mota et transactio demum facta, et decimas istorum hamellorum Walmeld, Tarmeld, Elingeshamme, Berkineshamme, Wlsieshamme. Omnes autem domini focorum qui sunt siue erunt in fundis ex quibus surgunt iste decime, siue fuerint vxorati siue non, singulis annis ter requirent matricem ecclesiam de Middelton cum oblacionibus suis secundum facultatem suam et secundum quod eis Deus inspirauerit, scilicet, in die Natalis Domini et in die Purificacionis beate Marie et in die Pasche. Et vbi viri non fuerint, vidue siue puelle, si fuerint loco dominorum, eodem modo vt de iure dictum est ecclesiam de Middelton requirent. Hec conuencio facta est anno ab Incarnacione Domini M° C° lxxx° vj°. Hiis testibus, magistro Radulfo tunc vicearchidiacono, et Laurencio socio eius, et Iohanne capellano sanctimonalium de Ward' etc.

Bobinge x. solidi.

[1] MS:—Agnete priori.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Ricardus Dei gracia episcopus et R. decanus et A. archidiaconus Lundon'[1] salutem in Domino. Cum causa que vertebatur inter abbatem et monachos sancti Augustini Cantuarie et priorem et canonicos de Ledes super ecclesiam de Borden' autoritate domini pape Celestini tercii nobis esset commissa, tandem coram nobis lis inter predictos monachos et canonicos super predicta ecclesia[2] mota sub hoc fine conquieuit, videlicet quod canonici de Ledes pro bono pacis et ob litem super predicta ecclesia inter predictas ecclesias omnimodo in perpetuum sopiendam vnam marcam argenti monachis sancti Augustini annuatim ad duos terminos, scilicet, ad festum sancti Michaelis dimidiam marcam et infra octabas Pasche dimidiam marcam persoluent. Et vt hec amicabilis composicio coram nobis facta stabilis et firma permaneat in posterum, eam presenti scripto autoritate summi pontificis qua in hac causa fungimur confirmauimus et sigillorum nostrorum apposicione roborauimus. (Folio 340, v°.) Bordenne. (1192–8.)

Nicholaus, Dei gracia prior sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes eiusdemque loci conuentus vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Cum controuersia mota fuisset inter nos et abbatem et monachos sancti Augustini Cantuarie super ecclesia de Bordene, tandem sub hoc fine conquieuit, videlicet quod pro bono pacis et ob litem super ecclesia predicta inter nos et predictos monachos omnimodo sopiendam nos inperpetuum vnam marcam argenti ecclesie beati Augustini Cantuarie annuatim ad duos terminos scilicet ad festum sancti Michaelis dimidiam marcam et in Pascha dimidiam marcam persoluemus. Et vt hec amicabilis composicio inter nos et iamdictos monachos rata et inconuulsa in posterum permaneat, eam presenti scripto confirmauimus et sigilli ecclesie nostre apposicione roborauimus. Hiis testibus, Ricardo episcopo et Radulfo decano, Adelardo archidiacono Lund' et multis aliis etc. (1192–8.) Bordenne.

G. Dei gracia Rofensis episcopus[3] et R. eadem gracia abbas de Boxl' et W. archidiaconus Rofensis vniuersis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in vero salutari. Ad vniuersitatis (1198–1214.) Codestede.

[1] According to Le Neve, Adelard was not archdeacon until 1197 at the earliest, but probably the order of Adelard and Walter fitz-Walter should be reversed, and Adelard's date might be as early as 1192. Pope Celestine died in Jan. 1198. The date of Nicholas, Prior of Ledes, is not known.

[2] MS. :—ecclesiam.

[3] Bishop Gilbert died in 1214; Innocent became Pope in 1198.

vestre noticiam volumus peruenire quod cum Iacobus Saluaug' abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie super decimis de Codested' coram nobis traxisset in causam autoritate literarum domini pape Innocentii, lis ipsa coram nobis hoc fine conquieuit, videlicet, quod memoratus Iacobus liti ipsi omnibus diebus vite sue renunciauit fideliterque promisit quod nunquam super predictis decimis prelibatis abbati et conuentui questionem mouebit. Vt igitur hoc perpetue memorie robur optineat, in perpetuum testimonium sigilla nostra duximus apponenda.

(Folio 341, r°.) (1198–1214.) Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Iacobus Saluage renunciaui in tota vita mea questioni quam quandoque moui super decimis de Colestede abbati et conuentui sancti Augustini. Hiis testibus, Adam de Saxinghste, Iacobo Ianitore arch[iepiscopi], Willelmo de Hantona, magistro Geruasio, magistro Iohanne de Taneth' et multis aliis.

(12 Nov. 1202.) Vniuersis sancte matris ecclesie filiis Selfridus Dei gracia ecclesie Cicestrensis episcopus secundus et L. presentor et S. archidiaconus eiusdem ecclesie salutem in Domino. Facta nobis a domino papa Innocencio tercio commissione cause, que vertebatur inter abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie et Thomam Capellanum rectorem ecclesie de Ywede super quibusdam decimis de Colelande, quas tenuit Theobaldus clericus de Tichesie, cum eadem causa coram nobis ordine iuris vndique obseruato aliquando diu fuisset ventilata, tandem partibus in presencia nostra constitutis cum de iure abbatis et conuentus tam per confessionem aduerse partis quam per alias legitimas probaciones nobis plenius constaret, autoritate domini pape qua in predicta causa functi sumus eisdem monachis dictas decimas adiudicauimus et presentis scripti nostri munimine corroborauimus. Hoc autem factum est anno ab Incarnacione Domini M° CC° ij° pridie idus Nouembris, scilicet, in crastino sancti Martini in ecclesia sancte Fidis Cicestrie.

De decimis de Coleslonde.

(12 Nov. 1202.) Vniuersis sancte matris ecclesie filiis Selfridus Dei gracia ecclesie Cicestrensis episcopus secundus et L. precentor et S. archidiaconus eiusdem ecclesie salutem in Domino. Facta nobis a domino papa Innocencio tercio commissione cause, que vertebatur inter abbatem et conuentum sancti Augustini Cantuarie et Thomam capellanum rectorem ecclesie de Ywede super quibusdam decimis de Coleslonde, quas tenuit Theobaldus clericus de Ticheseie, et quas predictus abbas

et conuentus ad se pertinere dicebant, partibus coram nobis constitutis in hunc modum tandem tota lis sopita est, videlicet, Thomas capellanus de Ywede ius predictorum abbatis et conuentus de predictis decimis coram nobis et multis aliis in iure recognouit, easque in manibus nostris resignauit et vniuerso iuri quod in predictis decimis dixerat se habere quantum in se fuit in perpetuum renunciauit. Hanc igitur resignacionem coram nobis factam in iure solemniter, autoritate domini pape qua in predicta causa functi sumus huic veritati testimonium perhibentes, presentis scripti nostri munimine corroborauimus. Facta est autem hec renunciacio anno ab Incarnacione Domini M° CC° ij° pridie idus Nouembris, scilicet, in crastino sancti Martini in ecclesia sancte Fidis Cicestrie.

(Folio 341, v°.) (Before Nov. 1212.) Rodmersham.

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego frater Alanus prior fratrum hospitalis Ierusalem in Anglia totumque capitulum eorundem fratrum nostrorum, cum capella nostra de Rodmersham dedicaretur et cimiterium benediceretur ab Gilberto episcopo Rofensi per mandatum domini pape, concessimus et promisimus Rogero abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie quod nichil de antiquo iure vel consuetudine que ad matricem ecclesiam suam de Middeltona pertineat scilicet, quod husebundus et husewiua de Rodmeresham sepeliri debeant apud Middeltun', numquam per nos subtraetur vel diminuetur sed neque in hoc neque in aliquo quod ad ecclesiam de Middeltun' iuste pertineat siue de decimacionibus siue de aliquibus euencionibus iniuriam sustinebunt. Et vt hec nostra concessio et promissio rata et inconcussa perpetua stabilitate firmetur, sigilli G. Dei gracia Rofensis episcopi et sigilli capituli nostri apposicione communire curauimus.

Decima.

Ego Odo episcopus Baiocensis atque comes Cancie donacionem facio sanctis Petro et Paulo necnon Anglorum apostolo sancto Augustino de hiis que subiecta sunt. In primis de medietate ville que dicitur Plumestede, deinde terram reddo que dicitur Estmedetune cum adiacentiis suis que possidebat Ranulphus, tum decimas aliquas quas mei fideles habebant, id est Adeloldus cubicularius de tribus villis que dicuntur Cnoltun et Tikenherst et Ringuentun, decimam tocius terre Turstini, necnon decimam Osberni filii Letardi de duobus locis, id est, de Bedesan et de Boclande, decimam eciam Osberni Paifforeie de vilula que dicitur Bochelande. Hec omnia Deo sanctisque apostolis Petro et Paulo sanctissimoque Augustino dono, concedo, confirmo habenda, seruanda, tenenda Deo iuuante tam pro salute domini mei regis quam pro anime mee redempcione. Siquis vero

Decima.

huic donacioni contrarius fuerit vel aliquam calumpniam ingesserit, a eterno anathemate mulcetur et reus maiestatis regie erit. Hoc vt in perpetuum maneat manu mea signo. Ego Willelmus Dei gracia rex Anglorum confirmo hanc donacionem.

(1070–1082.)[1] Willelmus rex Anglorum L. archiepiscopo, Hamoni vicecomiti, Hugoni de Muntfort, omnibusque baronibus meis in Kent, Francis et Anglis, salutem. Sciatis quod omnes decimas quas homines fratris mei Odonis episcopi Baiocensis et comitis Kancie dederunt sancto Augustino et fratribus, mea licencia atque concessu date sunt. Qua propter mando et precipio vt amodo iamdictus sanctus et locus et fratres inibi Deo seruientes eas habeant, teneant, possideant inperpetuum. Testibus Baiocensi et Gosfrido episcopo Constantinensi | et Roberto et Rogero comitibus apud Windesor'.

(Folio 342, r°.)

De reditu sacriste in die sancti Augustini.

Vniuersitati fidelium notificetur quod controuersia aliquando mota inter abbatem et conuentum ecclesie sancti Augustini Cantuarie et priorem et conuentum ecclesie sancti Gregorii Cantuarie super decimis domini Iohannis militis de Elmeresfelde quod est de feodo sancti Augustini et in parochia ecclesie de Walcham que est sancti Gregorii de Cantuaria assensu tandem vtriusque ecclesie sancti Augustini, videlicet, et sancti Gregorii, consensu eciam prefati Iohannis militis et heredum suorum finem hoc modo suscepit pacificum. Prefati quidem abbas et conuentus sancti Augustini pro bono pacis vtriusque ecclesie sancti Augustini, videlicet, et sancti Gregorii, omni calumpnia prelibatarum decimarum vtriusque perpetuo sopita, easdem decimas ecclesie sancti Gregorii et canonicis ibidem Deo seruientibus libere et quiete et absque omni vexacione percipiendas et perpetua pace possidendas dimiserunt; prefati vero prior et conuentus sancti Gregorii pro pace, quiete et concordia vtriusque ecclesie sancti Augustini, videlicet, et sancti Gregorii, annua pensione tres solidos, dictarum decimarum nomine, in festo sancti Augustini super altare eiusdem patris perpetuo persoluent.

iij*s*. reddendis sancto Augustino.

Conuentus de Lacumbwelle de ecclesia de Beusfelde.

Beusfelde.

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Iohannes Dei gracia abbas de Cumbwell' eiusdemque loci conuentus tenemus de abbate et conuentu sancti Augustini Cantuarie in perpetuam elemosinam ius quod habent in ecclesia de Beausfelde,

[1] *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 48.

reddendo inde eis pensionem annuatim decem, scilicet, solidorum in perpetuum in festo sancti Michaelis, eo expresso quod ego Iohannes seu alius abbas de Cumbuell' qui pro tempore fuerit et[1] canonici eiusdem loci ad consilium et adiutorium ecclesie beati Augustini erimus, vbicumque cognouerimus eam nostro consilio et adiutorio indigere; eo eciam expresso quod non poterimus exigere decimas garbarum de xxv. acris de Napeshest quas iamdicti abbas et conuentus sancti Augustini quandoque concesserunt Thome de Niwesole personaliter. Minutas autem decimas de supradictis viginti quinque acris percipiet ecclesia de Beasfeld pro ecclesiastico seruicio quod faciet ipsa ecclesia hominibus sancti Augustini qui ibi habitant, et hoc ex liberali concessione sepedictorum abbatis et conuentus sancti Augustini. Quando autem hec concessio et donacio nobis facta fuit in capitulo sancti Augustini, ego Iohannes ibidem pro me et pro conuentu nostro de Cumbuell' in verbo veritatis promisi nos fidelitatem [seruaturos][2] ecclesie beati Augustini; et [vt][3] hec omnia supradicta in perpetuum et inconuulsa ex parte nostra permaneant presentis scripti testimonio et sigilli ecclesie nostre apposicione roborauimus. Hiis testibus, Stephano de Torneham, Reginaldo de Cornhell, Willelmo de Cernun', Gillone de Badelemer etc.

(Folio 342, v°.) Carta qua dimitebatur ad firmam manerium de Prestone. (2 Aug. 1206.)

Sciant presentes et futuri ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus concessimus[4] et dimisimus et presenti carta nostra confirmauimus Iohanni filio Willelmi Capel totum manerium nostrum de Prestun' cum hundredo quod Willelmus Capel pater predicti Iohannis de nobis tenuit, tenendum et habendum de nobis hereditarie sibi et heredibus suis in perpetuum, reddendo inde nobis singulis annis de feodifirma[5] de dominico ipsius manerii decem libras sterlingorum in quatuor terminis anni, in Natali Domini, scilicet, de firma quinquaginta solidos, in Pascha de firma quinquaginta solidos, in Natiuitate sancti Iohannis de firma quinquaginta solidos, in eodem termino pro hundredo ipsius manerii triginta solidos singulis annis, in festo sancti Michaelis centum et duos solidos, scilicet, de firma quinquaginta solidos et pro redditu hominum tenencium ipsius manerii quinquaginta duos solidos similiter annuatim; de romiscot duos solidos et pro dono vicecomitis tres solidos annuatim temporibus quibus dari[6] consueuerunt. Inueniet[7] eciam predictus Iohannes et heredes sui singulis annis sex homines de predicto manerio de Preston'

[1] MS. :—in.
[2] Not in MS.
[3] Not in MS.
[4] MS. :—concedimus.
[5] MS. :—feodofirma.
[6] MS. :—dati.
[7] MS. :—inuenit.

ad leuandum et tassandum fenum nostrum de Langeport ad summonicionem nostram in cibo celarii nostri. Ipsi autem predicti Iohannes et heredes sui sequentur curiam nostram sancti Augustini. Ius vero patronatus ecclesie iamdicti manerii de Preston' nobis et ecclesie sancti Augustini Cantuarie in perpetuum retinemus in quo, scilicet, patronatu dictus Iohannes et heredes sui nunquam in perpetuum aliquid iuris poterunt vendicare; et si placitum emerserit in hundredo de Preston' quod ibi non possit terminari, ad curiam nostram de sancto Augustino veniet. Recordata est autem et confirmata hec concessio et dimissio nostra in capitulo nostro et in curia nostra de sancto Augustino, anno ab Incarnacione Domini M° CC° sexto, quarto non' Augusti. Hiis testibus &c.

Aduocacio. (3 May, 1243.)

Sciant presentes et futuri quod ego Simon de Sandwico miles inspectis literis Iohannis Capel, cuius filiam duxi vxorem, pro me et heredibus meis recognosco aduocacionem ecclesie de Preston' ius esse abbatis et conuentus sancti Augustini Cantuarie et illam remitto et pro me et heredibus meis et successoribus meis de consensu vxoris mee et heredum meorum in perpetuum quietam clamo abbati et ecclesie memoratis. In cuius rei robur et testimonium presentes literas meas sub sigillo meo eis tradidi patentes. Hiis testibus, Fulcone de Pauforario milite, domino Willelmo de Falcham milite, domino Simone de Holt milite, Rogero de Sumerri et Simone hostiario et multis aliis. Actum apud sanctum Augustinum, anno Domini M° CC° xliij, die Dominica proxima post festum apostolorum Philippi et Iacobi etc.

(Folio 343, r°.) Renham. (1125–1151.)

Notum sit omnibus Dei fidelibus tam presentibus quam posteris quod ego Hugo secundus Dei gracia abbas sancti Augustini et eiusdem loci conuentus concessimus ac dedimus venerabili ecclesie de Ledis decimam vnius dimidii carucate quam ex antiquo ecclesia nostra libere tenuit et habuit in Renham de dominio, eo, scilicet, tenore et conuencione quod prefata Heledensis ecclesia singulis annis in octauis Pentecostes matri ecclesie de Middeltun' pro recognicione xij*d.* reddat et vt ipse prior vel alii fratres sanioris consilii eiusdem venerabilis loci ad festa nostri vel ad negocia ac placita ecclesie nostre quo necessarium fuerit conueniant quocienscumque fraterna caritate ipsi vel posteri illorum a nobis vel a posteris nostris inuitati vel summoniti fuerint. Ad confirmandum igitur inter nos vere concordie veritatem pacisque dilectionem, statuimus et presentis scripti pagina confirmauimus hanc spiritualiter conseruare firmitatem ac societatem vt, quociens aliquem fratrem illius ecclesie obisse nobis nunciatum

Fraternitas. Ledis.

fuerit, officium nostrum plenarium in conuentu pro eo defuncto faciamus et quisque sacerdos ei vnam Missam persoluat. Ceteri vero fratres l. psalmos. Quod et idem ipsi facient pro nostris defunctis fratribus.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Vestmonasterium in xv. dies post festum sancti Hyllarii anno regni regis Henrici tercio, coram domino B. Roffensi episcopo, Iohanne de Gestlinge, Iacobo Saluage, Henrico de Cobbeham, Radulfo Tabbell', Gilberto de Abingewrth', iusticiis et aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus inter Robertum de Saues petentem et Alexandrum abbatem sancti Augustini Cantuarie deforciantem de aduocacione ecclesie de Saues. Vnde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet, quod predictus Robertus pro salute anime sue et omnium antecessorum suorum remisit et quietumclamauit Deo et ecclesie sancti Augustini et predicto abbati et successoribus suis totum ius et clamium quod habuit in aduocacionem predicte ecclesie de se et heredibus suis in perpetuum. Et pro hac quieta clamacione et fine et concordia idem abbas et conuentus sancti Augustini recipiunt ipsum Robertum in omnibus beneficiis domus sue.

(Jan. 1219.)

Ius patronatus ecclesie de Snaues.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Cantuariam die Veneris proxima post festum sancti Mathei apostoli anno regni regis Ricardi vj° coram domino Gilberto Roffensi episcopo et Osberto filio Heruei et magistro Radulfo de sancto Martino et magistro Simone de Scall' et Willelmo de Auberuill' iusticiis domini regis et aliis fidelibus domini regis tunc ibidem presentibus inter Ricardum de Garwintun' | petentem et abbatem et conuentum sancti Augustini tenentes de aduocacione capelle de Garwintun'; vnde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet, quod predictus Ricardus totum ius et clamium quod clamauit in aduocacione prefate capelle quietum clamauit predicto abbati et conuentui ecclesie sancti Augustini de se et de heredibus suis in perpetuum. Et idem abbas et conuentus concesserunt prefato Ricardo et heredibus suis diuinum officium celebrari per tres dies in septimana in prefata capella per sacerdotem de Litleburne.

(23 Sept. 1194.)

Ius patronatus de Garwintone.

(Folio 343, v°.)

Viro religioso et discreto et amico si placet karissimo domino abbati de sancto Augustino et eius senescallo ac omnibus balliuis suis Willelmus de Brawosa salutem. Quia dilectum nostrum Ricardum Boteloc ad sectam curiarum vestrarum de Cantuaria et Litleburn' faciendam loco nostro attornauimus, vobis supplicamus diligenter quatinus ipsum Ricardum ad eandem sectam curiarum vestrarum pro nobis faciendam si placet

Secta curiarum Cantuarie et Litleburne per Willelmum Brawosa

dominum de Wycham. (30 Nov. 1279.)

admittere velitis. In cuius rei testimonium has literas nostras vobis transmittimus patentes. Datas apud Dretton' xxx die Nouembris anno regis Edwardi octauo.[1]

Secta magne curie de Elmerstone.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus de Leyburn' salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod ordino, facio et in loco meo constituo Rogerum de Elham ad sectam curie domini abbatis sancti Augustini Cantuarie pro me faciendam, quam eidem pro manerio meo de Elmerstone facere teneor. In cuius rei testimonium has literas meas sigillo meo signatas sibi feci patentes.

(5 Oct. 1376.) Manerium de Prestone Elmerstone medietas de Westgate in Taneto de feodo abbatis sancti Augustini.

(Folio 344, r°.)

Edwardus rex etc. omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod ex certa sciencia nostra et[2] mero motu nostro dedimus et concessimus pro nobis et heredibus nostris carissimo filio nostro Iohanni, regi Castelle et Legionis, duci Lancastrie et venerabilibus patribus Simoni archiepiscopo Cantuariensi, Iohanni episcopo Lincolniensi, Henrico episcopo Wigorniensi, Willelmo domino de Latemer, Iohanni Knyuet cancellario, Roberto de Asschtone thesaurario, Rogero de Bello Campo camerario nostro, Iohanni de Ipre senescallo hospicii nostri et Nicholao de Carreu custodi priuati sigilli nostri castrum et manerium de Leyburn' cum pertinenciis in comitatu Kancie et omnia alia et singula castra, maneria, dominia, terras et tenementa cum pertinenciis in eodem comitatu et alibi vbicumque in regno nostro Anglie que de Iuliana de Leyburn' nuper comitissa[3] Hunt' in feodo vel in reuersione qualitercumque adquisiuimus, ac eciam castrum et villam de Queneburgh', | et manerium de Graueshende cum pertinenciis in dicto comitatu, castrum et manerium de Morende cum pertinenciis in comitatu Northt', manerium de Wurplesdon' cum pertinenciis in comitatu Surr', manerium de Brokenhurst cum pertinenciis in comitatu Sutht', manerium de Yashampstede cum pertinenciis in comitatu Berk', quoddam mesuagium cum pertinenciis in ciuitate nostra London' quod fuit Iohannis de Beauchamp de Warewyk et in quo garderoba nostra iam existit, ac omnia alia tenementa et redditus cum pertinenciis in eadem ciuitate que aliqualiter in feodo adquisiuimus, necnon omnia et singula alia maneria, dominia, terras et tenementa cum pertinenciis simul cum reuersionibus omnium et singulorum maneriorum, dominiorum, terrarum et tenementorum in regno nostro Anglie que de quibuscumque personis nobis et heredibus in feodo habenda aliqualiter adquisiuimus; habenda et tenenda vna cum feodis militum, aduocacionibus ecclesiarum, regalitatibus, libertatibus, reuersionibus, parcis, boscis, warennis, chaceis, piscariis, redditibus, seruiciis tenencium tam liberorum quam natiuorum et omnibus aliis ad supradicta castra, maneria, dominia, terras et tenementa vbicumque et qualitercumque spectantibus siue pertinentibus prefatis Regi Castelle, archi-

[1] This and the two next entries are in a later hand. There is added here in another (later?) hand :—require infra, folio 405 (now 375 v°).

[2] MS. :—ex.

[3] MS. :—cometissa.

episcopo, episcopis, Willelmo, Iohanni Knyuet, Roberto, Rogero, Iohanni de Ipre et Nicholao et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per seruicia inde debita et consueta imperpetuum, simul cum omnibus et singulis stauro, bonis et catallis nostris in eisdem castris, maneriis, dominiis, terris et tenementis existentibus siue inuentis qualitercumque. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Haueryng atte Boure quinto die Octobris anno regni nostri Anglie quinquagesimo, regni nostri vero Francie tricesimo septimo.

Irrotulatur inter recorda de termino sancti Michaelis anno primo regis Ricardi secundi ex parte rememoratoris regis.

(Folio 345, r°.)[1] (25 Nov. 1182.) Decime de Kyngisdoune.

Notum sit vniuersis fidelibus sancte matris ecclesie ad quos presens scriptum peruenerit quod controuersia que vertebatur inter Rogerum abbatem et monachos sancti Augustini Cantuarie et War[nerium] priorem et fratres hospitalis[2] Ierosolimitani super decimis de Kingesdune amicabiliter composicione in hunc modum conquieuit. Predicti siquidem fratres hospitalis habebunt in perpetuum omnes decimas de assartis de Kingesdune, scilicet, de terra magistri Osberti, de terra Osberti Pulein, de Eremiteslande, de terra Fulconis et de aliis terris assartis quas Hamo Miles tenet et de omnibus aliis terris que fuerunt assarte die quo hoc cyrographum factum fuit in festo sancte Katerine virginis, reddendo inde ecclesie beati Augustini Cantuarie in perpetuum decem solidos sterlingorum per annum ad festum sancti Michaelis. Et si contigerit[3] alias terras assartari de eodem Chingesdune omnes decimas de illis terris assartis libere et sine omni reclamacione predictorum fratrum ecclesia beati Augustini Cantuarie in perpetuum percipiet. Facta est autem hec composicio anno Verbi Incarnati M° C° lxxxii. Hiis testibus magistro Radulfo tunc temporis vicearchidiacono Cantuariensi et Laurencio socio suo, Rogero senescallo abbatis etc.

(Nov. 1212–Nov. 1220.) De presentacione capelle Kyngisdoune.

Notum sit presentibus et futuris omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego A. Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus concessimus et commisimus Bartholomeo de Lindestede capellano ministracionem capelle nostre de Kingesdune in tota vita sua, ita quod ipse per se vel alium idoneum capellanum diuina officia singulis diebus plene fieri prouidebit, et habebit de nobis ad firmam omnes decimas de tenemento Raginaldi de Cornhell' in Kingesdune similiter in tota vita sua, reddendo inde

[1] Folio 344 v° is blank.
[2] MS. :—hospitali.
[3] MS. :—contingerit.

nobis annuatim duas marcas sterlingorum per manus custodis nostri ecclesie de Middeltun' in tribus terminis in Natali Domini, scilicet, vnam marcam, in Pascha dimidiam marcam, in Natiuitate sancti Iohannis Baptiste dimidiam marcam. Et in huius rei robur et testimonium sigilla nostra partibus altrinsecus duximus apponenda. Hiis testibus, Reginaldo de Cornhell', Philippo clerico, Hugone de Heham et multis aliis.

(Folio 345, v°.)

Cyrographum Henrici de Wingeham de ecclesia de Preston'.

(27 Sept. 1249.)

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri vel audituri quod hec est conuencio facta inter dominum Robertum abbatem sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentum tradentes et dominum Henricum de Wingeham rectorem ecclesie de Prestun recipientem, videlicet, quod predicti abbas et conuentus tradiderunt dicto Henrico ad firmam in vita sua medietatem maiorum decimarum dicte ecclesie de Preston' quam bone memorie magister S. de Langet' quondam archidiaconus Cantuariensis autoritate composicionis inter felicis recordacionis Beatum Edmundum quondam archiepiscopum et dictum archidiaconum Cantuariensem et abbatem et conuentum predictos inite et per sedem apostolicam et per capitulum Ecclesie Cristi Cantuarie confirmate, et eciam autoritate sedis Cantuariensis tunc vacantis, cuius ordinaria potestate ea vice fungebatur, de consensu dicti rectoris quem ad residuam dicte ecclesie porcionem dicti abbas [1] et conuentus legitime presentarunt, eisdem abbati et conuentui perpetuis temporibus in dicta ecclesia de Preston' assignauit nomine xx. marcarum annuarum, quas pro diuersis pensionibus siue prestacionibus ecclesiarum sui patronatus idem archiepiscopus et archidiaconus in dicta ecclesia de Preston' vel de Selling' quam cicius [2] vacare contigerit [3] dictis abbati et conuentui duxerunt concedendas, tenendum et habendum dictam medietatem maiorum decimarum simul cum vna acra terre dicte ecclesie et domibus desuper factis dicto [4] Henrico ad firmam quoad vixerit, vt dictum est, pro xx marcis sterlingorum reddendis annuatim dictis abbati et conuentui in thesauraria sua apud Cantuariam in die sancti Iohannis Baptiste. Et fiet prima dictarum viginti marcarum solucio in festo dicti sancti Iohannis Baptiste anno Domini M° CC° l° i° loco antedicto. Quod si dictus Henricus in aliqua solucione dicto termino, vt dictum est,

[1] MS. :—abbatis.
[2] MS. :—tocius.
[3] MS. :—contingeret.
[4] MS. :—dictus.

dictis abbati et conuentui facienda defecerit, dampnum et custum que pro recuperacione dicte solucionis ipsis non facte habuerint simul cum plenaria dictarum xx. marcarum solucione refundet eisdem. Et si dicte domus per defectum et negligenciam dicti Henrici vel alicuius suorum comburantur vel pereant, de precio super eis arbitrio bonorum virorum posito dictis abbati et conuentui fideliter respondebit, nisi forte quod absit per infortunium aliunde destruantur, quod nec sibi nec suis merito debeat inputari. Et ne per decessum dicti Henrici si de eo humanitus contingat dicti abbas et conuentus in premissis defectum aliquem | paciantur, concessit dictus Henricus quod defectum (Folio 346, r°.) ipsius suppleant executores sui, vel heredes per censuram ecclesiasticam ab ordinario loci compellentur ad obseruacionem omnium predictorum. Preterea dictus Henricus nichilominus domino Galfrido vicario dicte ecclesie de Prestun' quamdiu eidem [1] deseruierit quadraginta solidos soluet annuatim. Quando vero dictam decimarum porcionem dicti abbas et conuentus dicto Henrico vt dictum est in capitulo suo ad firmam tradiderunt, corporale prestitit sacramentum quod ab illo die in antea omnimodam ipsis et ecclesie ipsorum seruabit fidem, in eorum agendis fidele prestando patrocinium, salua fide qua domino regi et aliis dominis suis et amicis antequam clericus illorum fieret tenebatur. Predicto autem Henrico a regimine dicte ecclesie cedente, predicta decimarum porcio simul cum acra terre et domibus predictis in statu in quo dictus Henricus eas recepit secundum estimacionem virorum fidedignorum ad hoc communiter electorum dictis abbati et conuentui sine alicuius contradictione restituetur. Et ne per hoc, quod predictam decimarum porcionem dicti abbas et conuentus dicto Henrico ad firmam vt dictum tradiderunt, dicto Henrico cedente vel decedente, quoad dictam porcionem decimarum in dicta ecclesia secundum quod dictus S. quondam archidiaconus duxit assignandum perpetuo et sine alicuius contradictione percipiendam, dictis abbati et conuentui in aliquo possit in posterum preiudicium generari, vt omnis sinistra suspicio et inpedimenti occasio in hac parte penitus auferatur magister Stephanus tunc archidiaconus Cantuariensis sigillum suum et magister Hugo de Mortuo Mari tunc officialis domini Cantuariensis sigillum officialitatis Cantuariensis presenti scripto cyrographato apposuerunt vna cum sigillis capituli sancti Augustini Cantuarie et dicti Henrici, que huic scripto alternatim sunt appensa in testimonium omnium predictorum. Datum die Lune proxima post festum sancti Mathei apostoli anno Domini M° CC° XL° nono.

[1] MS. :—eisdem.

(Folio 346, v°.)

Composicio inter abbatem sancti Augustini et fratres sancti Marie de Monte Mirteti de ecclesia de Litleburne.

Litleburne. (April, 1241.)

Nouerint vniuersi presentes literas visuri vel audituri quod hec est conuencio facta inter fratrem Deodatum monachum monasterii sancte Marie de Gloria Anagn' Florensis ordinis, procuratorem abbatis et conuentus monasterii sancte Marie de Monte Mirteti[1] Velletrensis diocesis eiusdem ordinis ad hoc specialiter constitutum ex vna parte, et religiosos viros abbatem et conuentum sanctorum Petri et Pauli sanctique Augustini Anglorum apostoli Cantuarie ex altera, videlicet, quod dictus procurator concessit ad perpetuam firmam dictis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie ecclesiam de Litleburne Cantuariensis diocesis cum omnibus pertinenciis suis pro triginta marcis bonorum nouorum sterlingorum, tresdecim solidis et iiij^or^*d.* pro marca qualibet computandis, in duobus anni terminis soluendis ad ecclesiam Sancte Trinitatis, Lond', dicti monasterii sancte Marie de Monte Mirteti certo nuncio literas eiusdem loci capituli deferenti et eas procuratori dictorum abbatis et conuentus sancti Augustini Cantuarie resignanti, scilicet, in media xl^a^ xv marcis et in Kal' Iunii quindecim marcis, ita quod si predicti abbas et conuentus monasterii sancte Marie de Monte Mirteti vel eorum procurator pro predicta pecunia recipienda in terminis prenominatis presentes non fuerint abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie deponent dictam pecuniam ad opus predictorum abbatis et conuentus monasterii sancte Marie de Monte Mirteti in tesauraria dicte ecclesie Sancte Trinitatis Lond' coram priore vel suppriore et tribus vel quatuor canonicis eiusdem loci fidedignis, predictis abbati et conuentui iamdicti monasterii de Monte Mirteti vel eorum procuratori literas patentes propter hoc specialiter deferenti et eas procuratori dictorum abbatis et conuentus sancti Augustini resignanti sine difficultate qualibet assignandam. Predicti vero abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie omnia honera dicte ecclesie de Litleburne ordinaria[2] et debita siue per collectam regiam siue per gwerram siue per ignem in omnem euentum quicquid eueniat sustinebunt, illis dumtaxat exceptis honeribus que vicarius dicte ecclesie de Litleburne qui pro tempore fuerit secundum vicariam a venerabili patre domino, domino Ottone apostolice sedis legato, taxatam sustinere tenetur, illis eciam exceptis | (Folio 347, r°.) honeribus que sedem tangunt apostolicam. Que si forte contingant, dicti abbas et conuentus prefati[3] monasterii sancte Marie de Monte Mirteti ea sustinebunt nisi se per graciam sedis apostolice specialem

[1] For this monastery see *Calendar of Papal Registers*, vol. i, p. 236.
[2] MS. :—ordinata. [3] MS. :—facti.

possint in hac parte releuare. Si vero dicti abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie in solucione dicte pecunie terminis prenominatis vt dictum est defecerint, omnia dampna et expensas que vel quas abbas et conuentus monasterii sancte Marie de Monte Mirteti propter hoc incurrerint dicti abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie plene eis refundent; super quibus stabunt soli verbo abbatis vel prioris dicti[1] monasterii sancte Marie de Monte Mirteti sine alterius honere probacionis, ubi per ipsos vel eorum nuncium hoc steterit, renunciantes[2] omni iuris ausilio quod eis competere possit contra hoc instrumentum vel factum et regie prohibicioni et literis apostolicis contra hanc conuencionem inpetratis vel inpetrandis. Pro hac vero conuencione fideliter obseruanda sepedicti abbas[3] et conuentus sancti Augustini Cantuarie prefato monasterio sancte Marie de Monte Mirteti se et successores suos et monasterium suum intus et foris verbo veritatis obligauerunt[4]. Quando autem hec conuencio facta fuit dictus procurator frater Deodatus monachus ad omnia supradicta facienda specialiter constitutus literas domini pape et literas dictorum abbatis et conuentus monasterii sancte Marie de Monte Mirteti cum literis eorundem procuratoriis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie resignauit. In quibus expresse continebatur quod earum autoritate dictam ecclesiam de Litleburne ad perpetuam firmam viris religiosis tradere potuit et assignare. Et sicut dicti abbas et conuentus sancti Augustini Cantuarie dictam firmam premisso modo se fideliter soluturos promiserunt ita dictus procurator Deodatus nomine monasterii sancte Marie de Monte Mirteti omnimodam firme memorate promisit waranciam. Quod si alterum dictorum monasterium contra premissa in aliquo venire presumpserit ab[5] hac conuencione resiliens, parti alteri centum marcas sterlingorum nomine pene persoluet, hoc nichilominus instrumento robur perpetue firmitatis obtinente. Facta est autem hec conuencio anno Domini M° CC° XL° J° pontificatus domini Gregorii pape noni anno quintodecimo mense Aprili. In cuius rei testimonium huic scripto cyrographato predictorum abbatis et conuentus sancti Augustini Cantuarie et fratris Deodati procuratoris sigilla alternatim vna cum sigillo prioris sancti Gregorii [et] archidiaconi Cantuariensis sunt appensa.

(Folio 347, v°.) Composicio inter rectorem ecclesie

Hec est composicio facta inter rectorem ecclesie beate Margarete Cantuarie et hospitale pauperum sacerdotum; quod capellanus qui in capella pauperum sacerdotum Cantuarie que infra limites parochie sancte Margarete est constituta pro tempore ministrabit, inspectis

[1] MS. :—dictus. [2] MS. :—renunciante.
[3] MS. :—sepedictis abbatis. [4] MS. :—obligauerit. [5] MS. :—pro.

sancte Margarete et fratres hospitalis pauperum sacerdotum Cantuarie.

sacrosanctis iurabit quod nullas oblaciones, nullas decimas, nullas obuenciones ad ecclesiam beate Margarete iure parochiali pertinentes in preiudicium ipsius ecclesie ex certa sciencia recipiet; et si forte receperit ignoranter eas cum omni integritate rectori ipsius ecclesie restituet. Omnes vero seruientes in dicto hospitali siue mares siue femine a rectore dicte ecclesie sancte Margarete sacramenta spiritualia recipient sicut parochiani, et in festiuitatibus in quibus oblacio debetur ecclesiis ad predictam ecclesiam venient, sicut alii parochiani facturi; idem eciam tam in laicis quam in clericis peregrinis si in dicto hospitali moram faciant vndecumque sint obseruabitur, ita quod si aliquem ex talibus personis peregrinis in dicto hospitali infirmari contigerit, spiritualia a predicto rectore recipiet, et ecclesiam sancte Margarete, si ipsum in dicto hospitali mori contigerit, pro sua respiciet[1] facultate. Capellani vero et clerici degentes ibidem ab eo, qui in spiritualibus a rectore ecclesie beate Margarete cum sacramento vt dictum est preficitur, predicta recipiant sacramenta, et liberam habebunt potestatem vbi voluerint elegendi sepulturam. Habebunt eciam potestatem sine calumpnia recipiendi annalia siue trincennalia ex deuocione fidelium qui non sint parochiani ecclesie sancte Margarete vel eciam si sint parochiani, dum tamen non procurent hoc fieri in preiudicium matricis ecclesie; quod si fuerit ab eis procuratum et super hoc conuinci poterint, plene restituent quicquid taliter perceperunt. Insuper pro orto quem habent in Benewicht vnam libram ciminii soluent annuatim pro decimis predicto rectori, et in festo sancte Margarete super altare ipsius ecclesie matricis in signum iuris parochialis pro loco in quo habitant duos cereos trium librarum offerri faciant vel decem et octo denarios; si vero contigerit quod aliquis separatim ab eis domum in Binewilt sitam inhabitauerit, erit parochianus sancte Margarete sicut antea fuit. Item, de tenemento domini abbatis et conuentus | sancti Augustini nullum sibi tenementum perquirent nisi de eorum voluntate, et si aliquod tenementum alterius dominii in predicta parochia quocumque titulo perquisierint saluum erit matrici ecclesie ius quod in eo prius habuerat. Item, si forte aliquo tempore in predicto hospitali capellanus non prefuerit sed laicus procurator, idem ad consimile sacramentum tactis sacrosanctis se astringet, scilicet, ad obseruacionem premissorum. In diebus vero Dominicis et aliis festiuitatibus in quibus ex consuetudine oblaciones fiunt generales in ecclesiis, non celebrabunt missam in dicto hospitali donec ewangelium in ecclesia beate Margarete sit perlectum, siue missa consummata, nisi de licencia

(Folio 348, r°.)

[1] MS. :—rescipiet.

hoc fiat ecclesie memorate rectoris; et hiis diebus parochianos sancte Margarete ad diuina non admittent nisi cum Missa in ecclesia sancte Margarete fuerit expleta. Campanas vero in predicto loco non habebunt. Et si qua parcium predictarum contra formam hic scriptam venire presumpserit, vnam marcam nomine pene tociens soluet abbati sancti Augustini et archidiacono Cantuariensi vel cui viderint secundum Deum libere conferendam quociens contrauenerit, composicione nichilominus firmum robur obtinente. In cuius rei testimonium tam abbas sancti Augustini quam archidiaconus Cantuarie huic composicioni sigilla sua apponi fecerunt.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentes literas visuris vel (1244.)
audituris Robertus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus humilis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos diuine pietatis intuitu ad instanciam viri venerabilis et amici nostri karissimi magistri Symonis de Langedune archidiaconi Cantuariensis ecclesiam sancte Marie de Stodmerse, que ad nostram pertinuit donacionem, perpetuo concessisse et dedisse hospitali pauperum sacerdotum quod situm est in parochia nostra de sancta Margareta in Cantuaria ad sustentacionem eorundem cum pertinenciis iiij^{or} acrarum singulis annis de dominico nostro de Stodmerse antiquo more de gracia nostra speciali percipiendis, hoc adiecto quod in dicta parochia nullas terras vel redditus de nostris tenentibus dicti sacerdotes vel eorum procuratores ement vel aliquo titulo sibi appropriabunt, nisi de nostra vel successorum nostrorum | licencia speciali, nec decimas aliquas de (Folio
dominico nostro de Stodmerse requirent in futuro. Quando autem 348, v°.)
dictam eis fecimus donacionem sindicus dicti hospitalis de voluntate archidiaconi memorati, nomine dictorum sacerdotum et hospitalis supradicti, nobis et ecclesie nostre sacramentum prestitit fidelitatis; et hoc idem facient omnes sui successores. Dictus autem procurator vel aliquis sacerdotum hospitalis supradicti omni anno super maius altare in ecclesia nostra in die sancti Augustini vnum cereum afferet vnius libre in signum recognicionis permissorum. Et vt hec omnia perpetuum robur optineant, presenti scripto cyrographato sigillum capituli nostre cum sigillis archidiaconi et Rogeri clerici de Lindestede, procuratoris tunc temporis predictorum sacerdotum, altrinsecus fecimus apponi. Actum anno Domini M° cc° xl° quarto.

Rogerus Dei gracia abbas[1] sancti Augustini Cantuarie vniuersis Dei fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit perpetuam in

[1] This word is not in the MS.

Donacio capelle de Knytyntone apud Sesaltr'.

Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse et donasse Roberto Angulo persone de Sesautre capellam nostram de Cnihttentune, que sita est in loco que dicitur Eilessiche, in perpetuam elemosinam, ita quidem quod ipse Robertus singulis annis pensionem[1] inde nobis reddet, scilicet, dimidiam libram incensi intra octabas sancti Augustini; inde nobis fidelitatem fecit tactis sacrosanctis ewangeliis. Hiis testibus, Waltero capellano de Sualescliue, Eilnotho filio Scotlandi, Roberto de Mar', Wlurico de Fonte et multis aliis.

(Folio 349, r°.)

Carta magistri Bartholomei de anniuersario suo faciendo.

(27 Sept. 1249.)

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris magister Bartholomeus de Florentino rector ecclesie de Brokes in marischo salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse et presenti carta mea confirmasse pro salute anime mee et parentum meorum karissimis dominis meis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie in liberam elemosinam xl. solidos et v. denarios et obolum annui redditus quos emi nomine abbatis et conuentus predictorum de Adam de Wischebeche et Willelmo de Wixebeche, sicut eorum carte quas dictis abbati et conuentui assignaui testantur; de quibus dictis xl. solidis v*d.* et *ob.* assignaui vnam marcam ad panem pauperibus distribuendum in die anniuersarii mei in perpetuum. De residuis vero duabus marcis quinque denariis et obolo michi, quamdiu vixero, vel meo certo assignato et, si religionem intrauero, domus eiusdem prelato in vita tantum mea respondebunt; post obitum vero meum, siue sim in religione siue extra, dictum residuum ad vsus et solacium infirmorum monachorum sancti Augustini statui concedendum. Et quia propono per graciam Dei dictum redditum vsque ad quatuor marcas aumentare, eodem modo penitus de marca pretaxata et de tribus marcis residuis fiat sicut superius est annotatum. Actum anno Domini M° CC° xl° nono die sanctorum Cosme et Damiani.

(28 Oct. 1251.)

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentem paginam visuris vel audituris Robertus Dei gracia[2] abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus humilis salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos intuitu diuine pietatis magistrum Bartholomeum Cherac de Ferentino de consensu tocius capituli nostri in fratrem recipisse et omnium beneficiorum que in domo nostra fiunt et fient in perpetuum specialiter constituisse participem. Nos eciam de pura et libera et mera voluntate nostra dicto magistro Bartholomeo Chrac de Ferentino, cum de morte sua nobis fuerit bene manifestum

[1] MS.:—pensione.

[2] The MS. has *et* here.

quod viam vniuerse carnis fuerit ingressus, pro seruicio suo nobis olim collato decem marcas sterlingorum pro anima dicti magistri Bartholomei et animabus omnium fidelium defunctorum distribuendas per manus elemosinarii nostri, qui pro tempore fuerit, de thesauraria nostra damus, concedimus, et hac presenti pagina in perpetuum confirmamus pro voluntate predicti magistri Bartholomei, prout inferius apparebit, absque omni contradictione, cauillacione, | dolo, (Folio 349, v°.) fraude, malo ingenio singulis annis in perpetuum. Ad consummandum vero et perficiendum pium propositum dicti magistri Bartholomei, sicut in futuris liquebit, vna cum predictis decem marcis dictus magister Bartholomeus nobis tres marcas annui redditus assignauit, quas ab Adam de Wischebeche et Willelmo fratre suo in parochia de Christelet comparauit, sicut in carta super hiis confecta plenius continetur, vna cum centum marcis argenti quas nobis spontanea et mera et libera voluntate sua nobis premanibus contulit et donauit. Dicte vero tresdecim marce singulis annis in perpetuum a thesauraria nostra recipiantur et per manus elemosinarii nostri qui pro tempore fuerit distribuantur sub hac forma; videlicet, die anniuersarii sui decem solidi sterlingorum pauperibus debilibus hostiatim mendicantibus in cimiterio sancti Augustini pro anima eius et animabus omnium fidelium defunctorum omni anno in perpetuum in pane erogentur. Item, eodem die omni anno viginti quatuor solidi in perpetuum in vestimentis et calciamentis debilium et pauperum erogentur. Item, ad sustinendum vnum cereum de cera ponderis xl. librarum futuris perpetuisque temporibus quem idem magister Bartholomeus in criptis monasterii sancti Augustini Cantuarie diuine caritatis intuitu ad honorem beate Virginis ardendum assignauit et illum annuatim in festo Annunciacionis beate Virginis innouandum, detur vna marca argenti. Et si in dicto cereo vna marca per annum expensa non fuerit, residuum predicte marce ad augmentandum lumen beate Virginis expendatur. Item, die sui anniuersarii nobis, scilicet, abbati et conuentui pro pitancia vnam marcam omni anno perpetualiter concessit. Item, ordinauit et disposuit dictus magister Batholomeus quod quolibet anno idibus[1] Iunii conuentus habeat quatuor solidos pro pitancia pro anima domini Iohannis Egicii et animabus omnium fidelium defunctorum. Item, idem conuentus habeat quatuor solidos pro anima domine Romane vxoris predicti Iohannis et animabus omnium fidelium defunctorum in vigilia beati Andree. Item, quatuor solidos tercia die ante festum Omnium Sanctorum pro pitancia pro anima domini Iohannis de Roma patris

[1] MS. :—idus.

dicti magistri Bartholomei Cherac de Ferentino et animabus omnium fidelium defunctorum. Item, quatuor solidos intrante Mayo pro anima domine Armenie matris sue et animabus omnium fidelium defunctorum. | Item, fratribus et sororibus sancti Laurencii iiij^{or}s. pro anima Reyuonis socii sui et Bartholomei et animabus omnium fidelium defunctorum in festo sancti Blasii; vj. vero residue marce ad emendacionem dormitorii nostri annuatim reseruentur ac[1] expendantur. Pro hoc vero speciali beneficio vj. marcarum[2] quas dictus magister Bartholomeus dormitorio nostro sustinendo assignauit, concessimus ei cum specialibus benefactoribus nostris specialem fructum et memoriam in illa Missa [de][3] Spiritu Sancto que cotidie celebratur ad bonam conseruacionem vite sue, et in Missa que cotidie celebratur pro fidelibus defunctis specialem fructum, partem et memoriam pro salute anime sue in perpetuum, postquam de eo humanitus constiterit. Et ne, quod absit, futuris temporibus aliquis obedienciarius ad quem racione officii pertinebit prouisio vel execucio ordinacionis antedicte in aliquo articulo per ignoranciam se valeat excusare, ordinauimus et concessimus hanc nostram salubrem prouisionem singulis annis in nostro capitulo recitandam, scilicet, die anniuersarii sui. Ordinamus eciam et quantum in nobis est concessimus pro nobis et successoribus nostris prefato magistro Bartholomeo vt ipsum plenum effectum ex sua intencione in omnibus articulis prenominatis sine difficultate consequatur in perpetuum; et si ausu temerario seu per necligenciam quicquam suis temporibus fuerit omissum quod nichilominus effectualiter et integre suplebitur quam cito fuerit compertum cum graui pena infligenda eidem qui in premissis necligens repertus fuerit aut remissus. Que omnia vt perpetuis futuris temporibus stabilem habeant firmitatem nobis in verbo veritatis et in virtute Spiritus Sancti pro nobis et successoribus nostris fideliter promisimus sine fraude et malo ingenio quantum in nobis est obseruaturos, ita quod predicta omnia distribuentur et sane et inuiolabiliter inpleantur[4] secundum intellectum ipsius magistri Bartholomei, prout superius manifeste est expressum. In cuius rei testimonium presenti scripto cyrographato sigill' capituli nostri vna cum sigillo magistri Bartholomei Chirac de Ferentino altrinsecus sunt appensa. Datum apud Cantuariam anno Domini M° CC° l° j° in festo sanctorum apostolorum Symonis et Iude.

(Folio 350, r°.)

(Folio 350, v°.) Vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentem paginam visuris vel audituris Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et

[1] MS. :—hac.
[2] MS. :—marcas.
[3] Not in MS.
[4] MS. inserts *et* before *inpleantur*.

eiusdem loci conuentus salutem[1] in Domino sempiternam. Cartam magistri Hamonis Doge inspeximus in hec verba:—Vniuersis Cristi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris magister Hamo filius Rogeri Doge salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse in perpetuam et liberam elemosinam Deo et beate Marie et sancto Iohanni Baptiste et omnibus sanctis ad sustentacionem vnius capellani diuina celebrantis in perpetuum ad altare beati Iohannis Baptiste in ecclesia sancti Pauli Cantuarie pro anima mea et pro animabus parentum et benefactorum et amicorum meorum, pro domino Rogero de Cicestr' abbate sancti Augustini Cantuarie et successoribus suis et conuentu eiusdem loci et benefactoribus suis et eorum successoribus, pro anima Roberti de Wallom', pro anima Iohannis Chich' et Amicie vxoris sue et pro parochianis eiusdem ecclesie et pro omnibus fidelibus viuis et defunctis vnum mesuagium cum edificiis desuper constructis et aliis pertinenciis suis, quod quidem mesuagium iacet in noua strata in parochia sancti Pauli Cantuarie inter terram Alicie de Cycestr' versus west et regiam stratam versus east. Et preterea dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui ad sustentacionem dicti capellani totum tenementum meum quod habui apud Steuerling' de tenementis que fuerunt quondam Hamonis le Porere et Iohannis le Porere et Radulphi filii Hugonis le Porere et Ranulphi de Bruere et fratris sui. Preterea dedi, concessi et presenti carta mea confirmaui ad sustentacionem predicti capellani totum tenementum cum suis pertinenciis quod habui de donis Stephani de Rissindun' et Walteri le Despenser de terris et tenementis que fuerunt quondam Iocei le Pitancer in Byle et Ergarefelde et apud Steuerling' et in parochiis de Stodmerse et de Lithleburn' et totum pratum meum de Wademede cum omnibus aysiamentis et pertinenciis suis et totum tenementum illud cum releuiis, curie sectis et pertinenciis quod habui de dono Iohannis de Criel apud Nitherhardres et totum tenementum illud cum releuiis, curie sectis et aliis suis pertinenciis quod habui de dono Matilde de Crioll' apud Nitherhardres, et decem et octo denarios annui liberi redditus mei cum releuiis et omnibus | pertinenciis suis quos percipere consueui de Iohanne filio Iohannis Terri de quodam mesuagio in parochia beate Marie de castro Cantuarie, quod iacet iuxta terram rectoris ecclesie supradicte in cornera, et duos solidos annui redditus liberi cum releuiis et omnibus suis pertinenciis quos michi ferre consueuit Alicia de Cycestr' de domo sua in parochia sancti Pauli Cantuarie apud Lodderestane, et totum annuum redditum cum releuiis et omnibus

(Nov. 1268. 10 Oct. 1266.)

(Folio 351, r°.)

[1] This word is not in the MS.

aliis pertinenciis suis quem michi reddere consueuit Salomon le Hune de quadam terra iacente iuxta mesuagium predicti capellani, percipiendo totum predictum redditum cum pertinenciis suis et aliis iuribus suis in eisdem locis et terminis sicut ego percipere debui seu consueui; habendum et tenendum predictum mesuagium, terras, res et redditus, tenementa cum omnibus pertinenciis suis vt in terris, edificiis, mesuagiis, semitis, viis, planis, pascuis et pasturis, eisiamentis, releuiis, curie sectis et eschaetis, wardis, maritagiis, et omnibus aliis iuribus, libertatibus, et casibus tam nominatis quam non nominatis absque vllo retenemento predicto capellano et successoribus suis de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice, plenarie in liberam et perpetuam elemosinam in perpetuum, faciendo inde dominis fundorum pro me et heredibus meis omnia seruicia inde debita et consueta. Et in creacione cuiuslibet noui capellani et perpetui ad predictam cantariam admissi idem capellanus soluet abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie releuia de omnibus terris et tenementis que de ipsis tenuerit in capite. Et ego magister Hamo et heredes mei warantizabimus omnia predicta tenementa cum pertinenciis suis vt predictum est predicto capellano et successoribus suis contra omnes homines et feminas in perpetuum. Ius vero presentandi seu eligendi seu nominandi seu conferendi et in corporalem possessionem inducendi et manutenendi dictum capellanum in perpetuum parochianis sancti Pauli Cantuarie et eorum successoribus dedi, concessi et presenti carta in perpetuum confirmaui. Cedente vero vel decedente dicto capellano et eius successoribus, parochiani eiusdem ecclesie aliquo die Dominico (*sic*) vel festiuo post dictam vacacionem ad ecclesiam predictam venientes absque vlla citacione vel vocacione vel monicione comparochianorum suorum in aliquem capellanum ydoneum consentient vel eligent vel nominabunt vel maior pars parochianorum tunc presencium, et eidem capellano in quem consenserint vel ipsi nominauerint vel elegerint omnia predicta tenementa[1] | conferent supradictis modo et forma, et eundem in corporalem possessionem predictorum inducent; ita tamen quod me superstite nullum eligant vel nominent seu in corporalem possessionem inducent sine consensu meo speciali, sed illum recipient et inducent quem eis duxero nominandum. Capellanus vero admissus iurabit residenciam personalem et fidelitatem ecclesie sancti Pauli predicte nec licebit dicto capellano annuale vel triennale recipere de parochia predicta sine licencia dicte ecclesie rectorum, sed omnes oblaciones ad dictum altare peruenientes spectabunt ad presbiterum parochialem, exceptis vestimentis et lumi-

(Folio 351, v°.)

[1] This and the four preceding words are repeated on folio 351 v°.

naribus et ornamentis ad fabricam vel ad ornatum dicti altaris collatis vel conferendis, oblatis vel offerendis, et exceptis specialiter legatis dicto capellano et eius successoribus, que eis licebit recipere [et] retinere vndecumque prouenerint. Nec licebit dicto capellano vel successoribus suis domos vel arbores ad predictam cantariam spectantes strepare vel eradicare nisi ad emendacionem predicti tenementi nec aliquod de tenementis ad predictam cantariam spectantibus ad firmam tradere vel alienare sed in manu propria retinere. Vacante vero predicta cantaria, procuratores ecclesie sancti Pauli ad fabricam ecclesie assignati in manibus suis omnia tenementa et bona immobilia, ornamenta et vestimenta ad dictam cantariam spectancia tenebunt et capellano proximo succedenti cum fructibus medio tempore perceptis fideliter restituent. Hoc prouiso quod predicta cantaria per vacacionem debitis non defraudetur obsequiis nec licebit rectoribus vel vicariis ecclesie dicte in tenemento vel rebus ad dictam cantariam [pertinentibus se][1] intromittere vel aliquid iuris vel proprietatis seu possessionis vendicare. Et si contigerit quod absit quod parochiani ecclesie predicte negligentes fuerint in presentando, instituendo et in corporalem possessionem inducendo, cum eis de vacacione legitime constiterit et canonice moniti fuerint, vel propter discordiam concordare non possent in personam ydoneam, licebit domino . . . abbati sancti Augustini Cantuarie qui pro tempore fuerit ea vice alium ydoneum instituere, salua dictis parochianis potestate cum proximo postea vacauerit alium ydoneum vt predictum est nominare vel presentare seu eligere seu in corporalem possessionem inducere. Nec licebit alicui predictam cantariam a predicto altare ad alium locum transferre vel tenementa vel bona ad dictam cantariam spectancia in alios vsus commutare sine licencia mea, quamdiu vixero, speciali et post mortem meam in alios vsus vel locum nullatenus commutetur. Et sciendum est quod dictus capellanus qui pro tempore fuerit in quolibet festo beate Marie Virginis in | capella quam construxi in honore beate (Folio 352, r°.)
Marie Virginis in capitali mesuagio meo in noua strata in parochia sancti Pauli in perpetuum celebrabit omnia diuina vel faciet honeste celebrari tam in horis canonicis quam in missa. Et vt hec omnia perpetuum robur firmitatis optineant huic carte sigillum meum vna cum sigillo officialitatis domini archidiaconi Cantuariensis apposui. Actum et datum die Dominica proxima post festum sancte Fidis anno Domini M°CC° sexagesimo sexto. Hiis testibus, domino Henrico de Burne, milite, Roberto decano[2] Cantuarie vicario de Westgate, Hugone Chiche, Stephano fratre suo, Eudone dicto Pollard,

[1] Not in MS.

[2] i.e. rural dean.

Galfrido de Bertonia, Stephano dicto Plumer' capellano, Henrico fratre suo, Salomone de Douoria capellano, Galfrido de Sancto Georgio capellano, Radulfo de Burne, Symone de Alethonc, clericis et aliis. Nos autem premissis assensum et consensum prebentes ea quantum in nobis est confirmamus. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem hoc presens scriptum sigillo capituli nostri fecimus roborari. Datum et actum publice in capitulo nostro anno Domini M°CC° sexagesimo octauo mense Nouembris.

(Nov. 1268.) Vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentem paginam visuris vel audituris Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Cartam magistri Willelmi de Sandwico rectoris ecclesie sancti Pauli Cantuarie inspeximus in hec verba:—Vniuersis Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Willelmus de Sandwico rector ecclesie sancti Pauli Cantuarie salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me diuine pietatis intuitu dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse magistro Hamoni Doge et heredibus et successoribus suis liberam cantariam in capella sua quam idem magister Hamo construxit in honore beate Marie Virginis in capitali mesuagio suo in noua strata in parochia sancti Pauli Cantuarie; tenendam et possidendam sibi et heredibus suis et successoribus libere, quiete, pacifice in perpetuum, saluo iure patronorum. Capellani autem in eadem capella annuatim ministrantes canonicam facient obedienciam michi et successoribus meis, scilicet, rectoribus ecclesie sancti Pauli Cantuarie aut nostris procuratoribus aut capellanis nostris, si absentes fuerimus, priusquam ibidem celebrent. Omnes eciam obuenciones et oblaciones que fient in dicta | capella, siue a propria familia siue ab extraneis, ecclesie sancti Pauli predicte plene restituent exceptis luminaribus et ornamentis si qua ad vsus dicte capelle ab aliquibus fidelibus fuerint collata. Non licebit autem capellanis ibidem ministrantibus parochianos sancti Pauli aut alios ad confessiones aut purificaciones aut alia sacramenta ecclesiastica in dampnum matricis ecclesie admittere. Et si secus fecerint et super hoc conuicti fuerint, ibidem vlterius non celebrent quousque sufficientem prestiterint emendam. Et vt premissa robur firmitatis optineant literis presentibus sigillum meum apposui. Actum apud Cantuariam, anno gracie M°CC° quinquagesimo secundo mense Septembris. Hiis testibus, domino Symone de Sandwico, domino Ricardo decano Cantuarie, domino Willelmo rectore ecclesie sancti Martini, magistris Omero de Cantuaria et Elya de London', Thoma tunc capellano sancti Pauli, Thoma Chiche, Turgisio Parmentario, Symone Turgisii, Waltero Cissore,

(Sept. 1252.)

(Folio 352, v°.)

Reginaldo Fabro, Columbino clerico et aliis. Nos autem premissis assensum et concensum prebentes ea quantum in nobis est confirmamus. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem hoc presens scriptum sigillo capituli nostri fecimus roborari. Datum et actum publice in capitulo nostro anno Domini M°CC° sexagesimo octauo mense Nouembris.

(May, 1268.) Octo solidi relaxati pro octo solidis ad Salmonstone.

Omnibus Cristi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse, dimisisse et pro nobis et successoribus nostris in perpetuum quietos clamasse Haumoni filio Rogeri Doge et heredibus suis et suis assignatis octo solidos annui liberi redditus nostri cum releuiis et omnibus aliis pertinenciis suis quos percipere consueuimus annuatim per manus sacriste nostri, videlicet, viginti duos denarios de aldremanno de Westgate de quodam tenemento ad aldremannum predictum spectante apud Waterloke, et triginta denarios de domo et fabrica que fuerunt Henrici Fabri in parochia sancti Pauli Cantuarie, et tres solidos de mesuagio quod fuit Balbine iuxta mesuagium Walteri Illuminatoris in eadem parochia, et octo denarios de mesuagio Walteri Cissoris et de alio mesuagio proximo adiacente quod fuit Turgisii Parmentarii ex parte orientali ecclesie sancti Pauli Cantuarie; habendos et tenendos predicto Hamoni et heredibus et suis assignatis libere, quiete, pacifice in perpetuum, ita quod nec | nos (Folio 353, r°.) nec successores nostri aliquid iuris proprietatis seu dominii in predictis tenementis racione predictorum reddituum de cetero poterimus vendicare. Pro hac autem concessione nostra, dimissione et quieta clamancia et huius carte nostre confirmacione facta et sigillo capituli nostri confirmata assignauit nobis dictus Hamo octo solidos cum releuiis, eschaetis, wardis et omnibus aliis pertinenciis suis apud Salmenston' in Taneto per manus sacriste nostri in perpetuum percipiendos. Actum et datum publice in capitulo nostro mense Maii anno Incarnacioniis Dominice M° CC° lx° octauo.

(Nov. 1268.)

Omnibus Cristi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos dedisse, concessisse [et] pro nobis et successoribus nostris in perpetuum quietum clamasse Hamoni filio Rogeri Doge et heredibus suis et suis assignatis vnum mesuagium cum edificiis desuper constructis et aliis pertinenciis suis et vnam dimidiam acram terre cum pertinenciis suis in Bile que habuimus et tenuimus per manus

elemosinarii nostri; quod quidem mesuagium iacet in noua strata in parochia sancti Pauli Cantuarie inter regiam stratam versus east et mesuagium quod fuit Willelmi de Flengesham versus suth, et continet in sua longitudine iuxta regiam stratam quinque parcatas[1] et quinque pedes et in sua latitudine tres parcatas et sex pedes; et dimidia acra terre cum pertinenciis suis iacet in Bile inter terram que fuit Willelmi Cokin et terram Willelmi de Brussole et terram que fuit Willelmi de Flengesham. Preterea concessimus et dimisimus [et] pro nobis et successoribus nostris in perpetuum quietos clamauimus eidem Hamoni et heredibus suis et suis assignatis quadraginta et quatuor denarios annui liberi redditus nostri cum releuiis et omnibus aliis pertinenciis suis quos percipere consueuimus annuatim per manus elemosinarii nostri, videlicet sexdecim denarios de quodam mesuagio quod fuit Willelmi de Flengesham in noua strata in parochia sancti Pauli Cantuarie iuxta terram Salomonis de Burgate, et decem denarios de quodam mesuagio quod fuit Alexandri Gardiner in noua strata iuxta domum que fuit Thome Pil, et decem | et octo denarios de quadam terra que fuit Willelmi de Flenghesham in campo qui vocatur Bile inter terram que fuit Willelmi Cockin et regiam stratam; habendos et tenendos dicto Hamoni et heredibus suis et suis assignatis libere, quiete, pacifice, iure hereditario in perpetuum, ita quod nec nos nec successores nostri aliquid iuris, proprietatis, seu dominii in predictis terris et tenementis de cetero poterimus vendicare. Et nos[2] et successores nostri predicta, videlicet, mesuagium cum edificiis desuper constructis et aliis pertinenciis suis et dimidiam acram terre et quadraginta quatuor denarios redditus cum releuiis et escaetis et aliis pertinenciis suis eidem Hamoni et heredibus suis et suis assignatis warantizabimus et defendemus contra omnes. Pro hac autem donacione, concessione et warantia et quieta clamancia et huius carte nostre confirmacione facta et sigillo capituli nostri confirmata, assignauit nobis dictus Hamo ad vsus elemosinarii nostri quatuor acras terre cum pertinenciis que fuerunt Thome de Bethleshangre in tenura de Northburn' iuxta terram elemosinarii nostri et vnam dimidiam acram terre cum pertinenciis in Bile que fuit quondam Ricardi Lamb iuxta terram Laurencii de Fonte, sicut in cartis inde confectis plenius continetur. Datum et actum publice in capitulo nostro mense Nouembris anno Incarnacionis Dominice M° CC° lx° octauo.

(Folio 353, v°.)

[1] The usual form is *perticatas*.

[2] MS. :—ne nos.

Carta magistri Salomonis de Norburne de tribus acris et mesuagio.

Omnibus Cristi fidelibus ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit Rogerus Dei gracia abbas sancti Augustini Cantuarie eiusdemque loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos dimisisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse magistro Salomoni de Norburn' clerico nostro pro homagio et seruicio suo et Roberge sorori sue tres acras terre iacentes in terra nostra de Norburne cum mesuagio et aliis edificiis cum omnibus suis pertinenciis, quarum due acre iacent inter terram Rogeri de Norburne versus orientem et terram heredum Iohannis Eadmeri versus occidentem, capitando ad terram dicti Solomonis ex parte australi et ad stratam communem ex parte boriali, et vna acra iacet inter terram Iohannis le Werde versus orientem et terram Eadmeri de Herdloswrde versus occidentem, capitando ad terram Hamonis atte Broke ex parte australi et terram dicti Salomonis ex parte boriali; habendum et tenendum dictam terram dicto Salomoni et Roberge sorori sue et heredibus suis de nobis etc. bene, in pace etc. imperpetuum, reddendo inde annuatim etc. septem solidos et tres quadrantes nomine feofirme in manerio nostro apud Norburne ad quatuor anni terminos ad festum sancti Michaelis xxj*d.* et tres quadrantes, ad Natale xxj*d.* et ad Pasca xxj*d.* et ad festum sancti Iohannis Baptiste xxj*d.* pro omnibus seruiciis etc. excepta secta curie nostre de Norburne. Et nos etc. warantizabimus dictam terram etc. In cuius rei testimonium etc. Actum anno Domini M° CC° septuagesimo primo mense Augusti. (Aug. 1271.)

Carta Philippi de Sturey de xviij. solidis de redditu.

(Folio 354, r°.)

Vniuersis ad quos presens carta peruenerit Nicholaus abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus salutem in Domino. Noueritis nos dedisse, concessisse et presenti carta nostra cyrographata confirmasse Philippo de Stureye clerico totum illud mesuagium nostrum cum domibus et aliis suis pertinenciis quod habuimus de dono Edmundi de Cambio in Cantuaria apud Weterloke in parochia beate Marie de Norhtgate inter terram Wymundi de Weterloke et terram Ricardi de Wikere; habendum et tenendum totum predictum mesuagium cum domibus et aliis suis pertinenciis de nobis et successoribus nostris predicto Philippo et heredibus suis vel cuicumque dare, vendere, legare vel assignare voluerint, preterquam domui religionis et Iudeis, libere, quiete, integre, iure hereditario inperpetuum, reddendo inde per annum nobis et successoribus nostris in (1 Aug. 1277.)

thesauraria nostra octodecim solidos ad quatuor anni terminos, videlicet, ad festum sancti Michaelis quatuor solidos et sex denarios, ad Nathale Domini quatuor solidos et sex denarios, ad Pascha quatuor solidos et sex denarios, et ad festum sancti Iohannis Baptiste quatuor solidos et sex denarios pro omnibus seruiciis, consuetudinibus, curie sectis et demandis temporalibus ad nos vel ad successores nostros inde spectantibus. Et nos predicti abbas et conuentus et successores nostri warantizabimus totum predictum mesuagium cum domibus et aliis suis pertinenciis prefato Philippo et heredibus suis vel assignatis contra omnes gentes inperpetuum per predictum liberum seruicium. Et dictus Philippus volens nos inperpetuum de predictis octodecim solidis facere securos, assignauit et obligauit quatuordecim acras terre sue cum pertinenciis, quicumque eas in posterum tenuerint, in tenura nostra de Stureye nobis et successoribus nostris inperpetuum fore distringibiles vna cum mesuagio predicto pro redditu prenominato in toto vel in parte terminis statutis non soluto, vnde quatuor acre et dimidia iacent inter boscum Alfredi le Sedere et terram heredum Willelmi Eyldredi et due acre cum pertinenciis iacent inter terram dicti Alfredi et terram Alani de Stureye, et due acre cum pertinenciis iacent apud Tyxlynge inter terram dicti Alfredi et terram Willelmi de Puer', et tres acre et dimidia cum pertinenciis iacent inter terram que vocatur Fikettesland et regiam stratam, et due acre cum pertinenciis iacent ex opposito dicte terre inter dictam stratam et terram Ade Godesman. Ad que omnia fideliter inperpetuum roboranda tam nos dicti abbas et conuentus sigillum nostrum commune quam dictus Philippus sigillum suum proprium presenti carte cirographate alternatim apposuimus. Data in festo sancti Petri Aduincula anno regni regis Edwardi filii regis Henrici quinto. Hiis testibus.

(Folio 354, v°.)

Plommersparrok.

(14 Sept. 1276.)

Nouerint vniuersi ad quos presens carta cyrographata peruenerit quod cum contenciones mote essent inter Nicholaum dei gracia abbatem sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentum ex parte vna et Radulfum filium et heredem domini Radulfi de Heure militis ex altera de hoc quod prefati abbas et conuentus exigebant a prenominato Radulfo quod faceret eis homagium, releuium, subsidium et sectam curie abbacie sancti Augustini Cantuarie de tribus septimanis in tres septimanas pro quadam terra, quam idem Radulfus de ipsis tenet in parochia de Heure, que dicitur Plummere Parroc; et que omnia seruicia predicta prefatus Radulfus eis recognouit, excepta secta curie quam in parte dedixit; tandem composicione amicabili

interueniente, contenciones inde mote sub hac forma conquieuerunt, videlicet, quod predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis concesserunt predicto Radulfo totam prenominatam terram cum pertinenciis tenere sibi et heredibus suis de ipsis et eorum successoribus iure hereditario imperpetuum per seruicium quarte partis feodi vnius militis, homagium, releuium et subsidium inde facienda cum acciderint, et reddendo in thesauraria eorum sancti Augustini quatuor solidos redditus per annum, vnam medietatem, scilicet, in termino sancti Michaelis, et alteram medietatem in termino Pasche et pro aumentacione eiusdem redditus prenominati abbas et conuentus pro se et successoribus suis remiserunt et quietumclamauerunt predicto Radulfo et heredibus suis demandam secte curie predicte vsque ad duas sectas per annum, ita quod idem Radulfus et heredes sui vnam sectam faciant apud sanctum Augustinum Cantuarie ad proximam curiam post festum sancti Michaelis et alteram ad proximam curiam post Pascha. Et si contigerit eundem Radulfum vel heredes suos ad aliquam predictarum curiarum essoniari, warantia fiat inde in proxima curia sequenti. Et vt hec omnia predicta perpetuis temporibus stabilia permaneant,[1] sigilla parcium presenti carte cyrographate altrinsecus sunt appensa. Hiis testibus, Henrico de Ledes tunc seneschallo sancti Augustini, Salomone de Campo, Simone Paable, Thoma le Vsser, Simone de Chelesfeld, Ricardo Blundel, Radulfo de Garwinton', Anselmo de Ripple, Roberto le Paneter, Willelmo de Cocfeld et aliis. In festo Exaltacionis Sancte Crucis, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici quarto.

quarta pars feodi j. militis.

La decente apres la mort Oliuer Brokas chiualer, le quele auoit espouse Margarete la file Thomas de Heure chiualer, lez queus ount issue Iohan Brokas que morut sanz issue de soun corps, apres que mort entra Bernard Brokas en la heritage depart le piere de dit Iohan Brokas, et Edward Seint Iohan entra la heritage depart la miere, et puis Richard Seint Iohan frere a dite Edward clama seisine del moite de la terre, en les queux Edward entra. Et Ricard happa la seisine et continua et auoit issue vne file la quele ad espouse Nicholas Westone, esquier del euesque de Canterbiers, le quele Nicholas oue sa femme sunt en possessioun ent ceste iour, lan du regne nostre seignur le roy Richard seconde Dengletere septime.[2]

(Folio 355, r°.)

(1383–4.)

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Iohannis de Woltone dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino

(Folio 355, v°.)

(23 June, 1290.)

[1] MS. :—permaneat.

[2] This entry is written on a piece of parchment, pasted on to the folio of which the outer half is cut away.

Thome diuina permissione abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui homagium et totum seruicium quod dominus Iohannes de Burne michi debuit pro octodecim acris terre cum pertinenciis, quas Iohannes de Woltone pater meus aliquando dimiserat in feodum domino Henrico de Burne patri ipsius domini Iohannis in Woltone; habendum et tenendum | dictum homagium cum seruiciis, scutagiis, releuiis et escaetis et aliis suis pertinenciis dictis abbati et conuentui et eorum successoribus in liberam, puram, perpetuam elemosinam et quietam imperpetuum, ita quod seruicium meum dimidii feodi vnius militis quod eis debeo pro tenemento meo in Woltone occasione predicte dimissionis non minuatur nec decrescat, set residuum tenementi mei in Woltone ad quorumcumque manus in posterum deuenerit de pleno seruicio dimidii feodi vnius militis respondeat sine aliqua diminucione, et pro hoc eidem abbati et successoribus suis distringibile remaneat; et ita eciam quod ego vel heredes mei de cetero de eisdem octodecim acris terre cum pertinenciis aliquid exigere habere seu clamare non poterimus. Et quia volo quod hec omnia predicta pro me et heredibus meis stabilia permaneant, presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus, dominis Roberto de Septem Vannis, Henrico de Apeldrefeud, Rogero Tilmaneston, militibus, domino Henrico de Ledys, Willelmo de Chelesfeud, Thoma de Kyngesford, Iohanne de Ifeud, Iohanne de Hadyndene clerico et aliis. Actum die Veneris in vigilia Natiuitatis beati Iohannis Baptiste, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici octauo decimo.

(Folio 356, r°.)[1]

dimidium feodum.

(25 June, 1287.) Omnibus ad quos presens carta cirographata peruenerit Thomas permissione diuina abbas sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentus eternam in Domino salutem. Cum Henricus filius Iohannis de Cobeham senioris de dono Stephani de Penecestre habuisset et de nobis in capite tenuisset in tenura nostra de Stur' tria mesuagia, scilicet, mesuagium[2] de Merton, mesuagium de Herlonde et mesuagium de Copintri et quadraginta duas acras terre et vnam rodam de warlond cum pertinenciis per diuersos redditus, consuetudines et plura seruicia nobis facienda ad curiam nostram de Stur', ac eciam de tenentibus nostris in eadem tenura tenuisset totidem acras terre cum pertinenciis qui ipsum hucusque tanquam medii inde versus nos defendebant, volentes ad instanciam suam et prefati Stephani statum suum meliorare concedimus et presenti carta

[1] Folio 355 v° is blank. At the head of folio 356 r° is written:—pars feodi de Woltone—pars feodi de Maytone—anno Domini Mccclxxxiiij. Thomas Chiche.

[2] This and the preceding word are repeated.

nostra confirmamus eidem Henrico pro homagio et seruicio suo omnia supradicta tenementa cum pertinenciis; habenda et tenenda de nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis libere, quiete et integre iure hereditario inperpetuum per seruicium quarte partis feodi vnius militis, et reddendo inde preterea nobis et successoribus nostris in thesauraria nostra sancti Augustini Cantuarie decem solidos nouem denarios quadrantem ad duos anni terminos, videlicet, ad festum sancti Michaelis quinque solidos nouem denarios et quadrantem et ad Pascha quinque solidos, et sectam curie ad magnam curiam nostram sancti Augustini Cantuarie de tribus septimanis in tres septimanas, sicut alii liberi tenentes nostri, pro omnibus rebus et demandis ad nos vel successores nostros inde spectantibus, saluo domino regi et ecclesie nostre sancti Augustini quicquid ad regalitatem inde pertinet, | et saluo quod si predicta tenementa per medios tenta aliquando remanserint indefensa, tunc nobis et successoribus nostris pro porcione seruiciorum inde aretro remaneant distringibilia. Et vt hec omnia predicta stabilia permaneant, tam sigillum nostri capituli quam sigillum prefati Henrici presenti carte ad modum cyrographi confecte alternatim sunt appensa. Hiis testibus, dominis Stephano de Penecestre, Henrico Apeldrefeld, Rogero de Tilmenston', militibus, Stephano Chichche, Iohanne Polre, Iohanne Holte, Philippo de Stur', Willelmo de Cokfeld et multis aliis. Actum Cantuarie vij. kal' Iulii anno Domini M° cc° lxxx° septimo anno regni regis Edwardi primi xv.

quarta pars feodi.

(Folio 356, v°.)

['*Manerium de Kenyngton. Iugum Poynaunt.*' *A list of tenants and late tenants, giving holdings but not rents. Without date; in the hand of entries of the time of Richard ij, Henry iiij, v, vj.*]

(Folio 357, v°, to 359, r°.)[1]

Recordum allocacionis x *li.* facte monachis sancti Augustini extra muros ciuitatis Cantuarie, videlicet, in compoto Iohannis Downe balliui et collectoris redditus illustris principis Humfridi ducis Gloucestrie, comitis Hannouie, Holland et Pembrochie, domini Frisie et magni camerarii Anglie a festo sancti Michaelis anno regni regis Henrici vj^ti^ tercio vsque idem festum sancti Michaelis extunc proximo sequens anno prefati regis iiij^to^ per vnum annum integrum. Et in allocacione denariorum Marcello abbati monasterii sancti Augustini extra muros ciuitatis Cantuarie et eiusdem loci conuentui solutorum nomine decime omnium redditiuum terre, silue, pratorum, pasturarum et aque manerii siue mansionis metuendi principis Humfridi ducis Gloucestr' de Midelton' cum pertinenciis in comitatu Kanc', eisdem

(Folio 359, v°.)

(1425.)

[1] Folio 357 r° is blank.

abbati et conuentui per Willelmum conquestorem ac regem Anglie concesse per cartam suam in hec verba scriptam, et per successores eiusdem regis confirmatam. 'Ego Willelmus ineffabili Dei prudencia rex Anglorum ex hiis que Omnipotens Deus sua gracia michi largiri dignatus est quedam concedo ecclesie sancti Augustini Anglorum appostoli que sita est in suburbio vrbis Cantuarie pro salute anime mee, parentum meorum, predecessorum et successorum nomine decime dicte mansionis siue manerii de Middelton' ex omnibus redditibus et appendiciis dicti manerii que michi de eodem conceduntur, scilicet, de terra, silua, pratis et aqua extra x^{mam} mellis et gabuli denariorum etc.' Per quam concessionem abbas et eiusdem loci conuentus decimas eiusdem mansionis siue manerii bene et in pace perceperunt et optinuerunt vsque x^{m} annum regis Edwardi tercii, quo anno per aliquod tempus aretro fuerunt non solute; super quam quidem non solucionem abbas dicti monasterii sancti Augustini prefato regi Edwardo tercio prosecutus fuit per billam, quod ipse et predecessores sui de x*li.* et viij. pisis casei de eodem manerio de Midelton pacifice possessionati fuerunt a tempore concessionis supradicte, quamdiu in manibus regis extiterit, quousque idem manerium ad manus aliorum extra manus regis deuenit. Super quo idem rex breue suum baronibus de scaccario suo mandauit ad scrutandum si prefatus abbas et predecessores sui de huiusmodi x*li.* et caseo de[1] dicto manerio de Midelton', sicut predictum est, percipere consueuerunt necne, et ad certificandum eidem regi in cancellaria sua secundum quod inde in rotulis et memorandis scaccarii solutum fuerat et allocatum. Virtute cuius breuis predicti barones et ministri scaccarii pretextu illius breuis | compertum est[2] quod anno xxiiij^{to} regis Henrici proaui vestri in compoto Ricardi de Ponte de exitu manerii de Midelton' inter allocaciones eidem Ricardo factas annotatur sic. 'Et monachis sancti Augustini Cantuarie x*li.* de anno integro, quas solebant percipere singulis annis per manus vicecomitis Kancie quando manerium de Midelton' fuit in manibus regis.' Ac eciam predicte x^{cem} libre allocabantur vicecomiti Kancie habenti dictum manerium de Midelton' ad firmam tempore dicti regis Henrici quolibet anno quandoque per talia verba; 'Et monachis sancti Augustini Cantuarie de elemosina regis x*li.*' quandoque non nominando elemosinam regis. Tempore vero regis Edwardi aui vestri vsque ad annum vj^{tum} regni sui fiebat consimilis allocacio dictis vicecomitibus firmariis ibidem, et postea in compoto Radulfi de Sandwyco custodis dicte mansionis siue manerii de Midelton' eodem anno vj^{to} allocatur sic; 'Et in elemosina con-

(Folio 360, r°.)

(1277-8.)

[1] MS. :—et.

[2] *Sic*; the scribe means *compererunt*.

stituta monachis sancti Augustini Cantuarie x *li.* et eisdem monachis pro vj. ponderibus casei singulis annis perceptis consimili forma pro quolibet pondere vj*s.*–xxxvj*s.*' Et consimilis allocacio facta est eidem Radulfo anno viij^uo^ eiusdem regis, quo anno idem dominium cum pertinenciis suis liberatum erat Elianore tunc regine Anglie in dotem. Per quod consideratum est per consilium dicti regis Edwardi tercii et regine quod predicti abbas et conuentus de predictis x *li.* et de caseo vel de precio recuperarent seisinam etc. Et predictus rex dictam primam concessionem per literas suas patentes datas viij^uo^ die Iulii anno regni sui xviij^mo^ exemplificauit et confirmauit, per quas (1344.) euidencias sub sigillo alias super compotum ostensas et per literas domini de warranto[1] datas apud Sandwicum secundo die Octobris anno regis nunc secundo alias super compotum ostensas et inter (1423.) memoranda eiusdem compoti remanentes etc. et per ij^as^ acquietancias ipsius abbatis sub sigillo communi domus sue, vnde vna acquietancia de x *li.* pro termino sancti Michaelis anno regis nunc tercio, data primo die Augusti anno regni regis Henrici sexti tercio, et altera (1425.) aquietancia de x *li.* pro termino sancti Michaelis anno prefati regis iiij^to^, data primo die mense Nouembris anno regni regis predicti Henrici (1425.) sexti iiij^to^, et que due acquietancie predicte simul super compotum liberantur et remanent inter warranta huius anni etc.—xx *li.*

[*Writ from the Duke of Gloucester to John Gold, his receiver of his* (Folio *lordships of Middelton and Merden, to pay to the abbot and convent* 361, v^o^.)[2] *of S. Augustine 10l., in arrears for two years. Sandwich, 2 October,* (1424.) *3 Henry vj.*]

Tallia de Tenfyld et Bukheyge pro Nicholao et Thoma filiis Wylmine Crouche filie Iohannis de Surynden' inuenietur in librario inclusa in pixide.[3]

Carta Hamonis filii Wyulfi mercatoris de quodam mesuagio in parochia sancte Mildrethe. (Folio 362, r^o^.)

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo filius Wyulfi mercatoris dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, [et] pro me et heredibus meis quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie ad sacristiam predicte ecclesie in liberam et puram et perpetuam elemosinam totum ius quod habui vel aliquo tempore

[1] Given on folio 361 v°.

[2] Folios 360 v° and 361 r° are blank.

[3] This entry is in a hand of the fifteenth century.

habere potui in toto illo mesuagio, quod est in parochia sancte Mildrethe, cum omnibus pertinenciis suis integre et cum toto edificio desuper facto in ligno et lapide, quod iacet in parochia sancte Mildrede inter terram que fuit Thome de Hereford versus suth et mesuagium Roberti fratris mei versus norht, et extendit se in longitudine sua a strata regia versus east vsque ad Sturam ciuitatis Cantuarie versus west. Et habet in longitudine sua super stratam regiam duas perticatas et xiiij. pedes et super Sturam predictam duas perticatas et vj. pedes; tenendum et possidendum predicte ecclesie, sicut predictum est, libere, quiete, honorifice in perpetuum in pace, sicut suum proprium ius et propriam hereditatem. Et vt mea donacio et quieta clamacio, facta et recordata in burmoto ciuitatis Cantuarie et curia domini abbatis de sancto Augustino Cantuarie firma et inconcussa in perpetuum permaneant, hanc presentem cartam meam sigilli mei munimine dignum duxi roborandam. Hiis testibus, Iohanne Turte.

Carta Hamonis filii Wyulfi mercatoris de supradicto mesuagio.

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo filius Wyulfi mercatoris Cantuarie vendidi et hac presenti carta mea in perpetuum pro me et heredibus meis quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie ad sacristiam predicte ecclesie totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui in toto illo mesuagio meo cum omnibus pertinenciis suis integre et cum toto edificio desuperfacto in ligno et lapide, quod continet in latitudine sua inter terram que fuit Thome de Ereford' et terram Roberti fratris mei ij. perticatas et xiiij. pedes et super Sturam ciuitatis Cantuarie duas perticatas et vj. pedes et extendit se in longitudine sua a strata regia vsque ad Sturam ciuitatis Cantuarie; tenendum et possidendum predicte ecclesie, sicut predictum est, libere, quiete in perpetuum in pace, sicut suum proprium ius et propriam hereditatem. Pro hac mea quietaclamacione facta et recordata in burgimoto ciuitatis Cantuarie et in curia[1] domini abbatis de sancto Augustino Cantuarie | et sigillo meo firmiter (Folio 362, v°.) munita dedit michi Ada sacrista predicte ecclesie viij° marcas sterlingorum. Hiis testibus, Iohanne Turte etc.

Quietaclamacio Cristine relicte Hamonis filii Wyulfi de supradicto mesuagio.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Cristina relicta Hamonis filii Wyulfi dimisi et quietumclamaui sacristie sancti Augustini

[1] In the margin in a later hand :—Alta curia.

Cantuarie totum ius quod clamaui, nomine liberi banchi mei, de toto illo mesuagio quod predictus Hamo quondam vir meus vendidit predicte sacristie. Pro hac autem dimissione et quietaclamacione facta et recordata in curia domini abbatis sancti Augustini Cantuarie et sigillo meo firmiter munita dedit michi sacrista predicte ecclesie xxiiij. solidos sterlingorum. Hiis testibus, Thoma de Merile tunc senescallo etc.

Carta Susanne de Planaz de viij*d.* redditus.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Susanna de Planaz, filia Iohannis Viuiani, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam viij. denarios liberi redditus mei cum omnibus pertinenciis suis in releuiis et in omnibus rebus ad luminare in iamdicta ecclesia sancti Augustini, quos annuatim percipere solebam de mesuagio quod fuit Aluredi Scoti, quod iacet in parochia sancte Mildrethe; tenendos et possidendos predicte ecclesie sicut predictum est libere, quiete, honorifice in perpetuum in pace; percipiendo annuatim predictos viij*d.* libere ad festum sancti Michaelis de predicto mesuagio omni occasione[1] et dilacione postpositis. Et ego predicta Susana et heredes mei warantizabimus predictos viij. denarios liberi redditus cum omnibus pertinenciis suis integre simul et totum [ius][2] quod habuimus vel aliquo tempore habere potuimus in toto predicto mesuagio predicte ecclesie ad luminare, sicut predictum est, contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec mea donacio firma et inconcussa, facta et recordata in curia[3] domini abbatis sancti Augustini Cantuarie et in burgimoto ciuitatis Cantuarie, permaneat, hanc presentem cartam sigilli mei munimine dignum duxi roborandam. Hiis testibus, Roberto de Tremfeld tunc senescallo etc.

parochia sancte Mildrethe.

Carta Willelmi filii Stephani Carpentarii de quodam mesuagio in parochia sancte Mildrede.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus ad quos presens carta peruenerit quod ego Willelmus filius Stephani Carpentarii de Beuerle dedi et concessi et hac etc. et pro me et heredibus meis in perpetuum |

[1] MS. :—occasio.

[2] This word is not in the MS., nor is it absolutely necessary.

[3] In the margin, in a later hand:—Alta curia.

(Folio 363, r°.) quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Anglorum apostoli Cantuarie pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui in toto illo mesuagio cum edificiis desuperfactis et cum omnibus pertinenciis suis, quod fuit Petri Presbiteri de Beuerleya et quod iacet in parochia sancte Mildrede, scilicet, inter mesuagium quod fuit Symonis de Cheleam et venellam domini regis et magnam stratam domini regis et terram que fuit Willelmi capellani; tenendum et habendum predicte [ecclesie][1], sicut predictum est, libere et quiete in perpetuum sicut libera elemosina purius et liberius haberi potest vel teneri. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis predicte ecclesie sancti Augustini contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec mea donacio et carte mee confirmacio, facta et recordata in burgimoto ciuitatis Cantuarie et in capitali curia[2] sancti Augustini Cantuarie, pro me et heredibus meis firma et stabilis permaneat, presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus, Huberto Mercerio etc.

Carta Willelmi filii Stephani Carpentarii vnde supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Stephani Carpentarii de Beuerleya dedi et concessi etc. et pro me et heredibus meis in perpetuum quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui de toto illo mesuagio cum edificio desuperfacto et cum pertinenciis suis omnibus integre, quod iacet in parochia sancte Mildrede inter mesuagium quod fuit Symonis de Chiselham et venellam domini regis et magnam stratam regiam et terram que fuit Willelmi capellani; tenendum et habendum predicte ecclesie et cui et quibus dare, vendere et assignare voluerit libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, reddendo inde annuatim dominis fundi x. denarios in Translacione sancti Augustini pro omni seruicio seculari, omni occasione remota. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus totum predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis predicte ecclesie, sicut predictum est, contra omnes homines et feminas in perpetuum. Pro hac autem donacione et warantizacione etc. dedit sacrista predicte ecclesie xliij. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Thoma de Merile.

[1] Not in MS.

[2] In the margin, in a later hand:—Alta curia.

Carta Matildis filie Golwini de quodam mesuagio in parochia sancte Mildrede.

Sciant presentes et futuri quod ego Matildis filia Goldwini Capelein dedi etc. Osberno textori, filio Ade de Lincol', et heredibus suis illud mesuagium meum in parochia sancte Mildrethe, quod iacet inter mesuagium Symonis de Chiselham quod est versus norht et venellam domini regis | que est versus suht, et habet in latitudine sua inter (Folio 363, v°.) mesuagium predicti Symonis et predictam venellam xxiiij^or^ pedes et in longitudine lxij. pedes; tenendum et habendum iure hereditario imperpetuum de me et heredibus meis libere et quiete per annuum redditum x. denariorum sterlingorum michi et heredibus meis soluendorum, scilicet, in die festo magni[1] Augustini pro omni seruicio et consuetudinibus et demandis temporalibus. Et ego Matildis et heredes warantizabimus predictum mesuagium predicto Osberno et heredibus suis contra omnes homines et feminas in[2] defensione et in omnibus rebus per predictum seruicium. Pro hac autem confirmacione donacionis, concessionis et warantizacionis mee ad stabilitatem eius perpetuam apposito sigillo meo firmiter munita et facta et recordata in hundredo berthe Wrgat' dedit michi predictus Osbernus xxiiij^or^ solidos sterlingorum in gresumam.[3] Hiis testibus, Iohanne Turte etc.

Carta [Iohannis filii][4] Osberni textoris de quodam mesuagio in parochia sancte Mildrethe.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Osberni textoris dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Petro rectori ecclesie sancti Iohannis Baptiste totum illud capitale mesuagium quod fuit patris mei Osberni predicti cum toto edificio desuper facto in ligno et lapide, in longitudine et latitudine sua, cum omnibus pertinenciis suis integre, quod iacet in parochia sancte Mildrethe inter mesuagium quod fuit Symonis de Chiselham et venellam domini regis et magnam stratam regiam et terram que fuit Willelmi Capeleyn; tenendum [et] habendum predicto Petro et cuicumque et quibus dare, vendere et assignare [voluerit][5] libere, quiete, iure hereditario inperpetuum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis x. denarios, scilicet ix*d.* pro seruicio terre et vnum denarium de forgabulo ad festum sancti Augustini in predicto mesuagio pro omni seruicio seculari, omni occasione remota. Et predictus Iohannes et heredes

[1] *Sic.* [2] The MS. reads *et*; but *in* is required: see fol. 368 r°.
[3] *Sic.* [4] Not in MS. [5] Not in MS.; but it is required.

mei warantizabimus et defendemus totum predictum mesuagium cum pertinenciis suis predicto Petro et cuicumque assignare voluerit contra omnes homines et feminas et dominos fundi de omnibus seruiciis et rebus in perpetuum per predictum seruicium. Pro hac autem donacione etc., vt supra, dedit michi predictus Petrus iiij^{or} marcas sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Radulfo Turte et multis aliis.

Quietaclamacio Iohannis filii Osberni de supradicto mesuagio.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Iohannes filius Osberni textoris dedi et concessi etc. et pro me et heredibus meis quietumclamaui in perpetuum Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam totum ius quod habui vel habere aliquo tempore potui in toto illo mesuagio cum omnibus edificiis desuper factis et cum omnibus pertinenciis suis quod fuit Osberni | patris mei et quod iacet in parochia sancte Mildrethe, scilicet, inter mesuagium quod fuit Symonis de Chileham et venellam domini regis et magnam stratam regiam et terram que fuit Willelmi capellani; tenendum et habendum predicte ecclesie sicut predictum est libere, quiete in perpetuum, sicut libera elemosina purius et liberius haberi potest vel teneri, saluis michi et heredibus meis x. denariis sterlingorum quos annuatim de predicto mesuagio in Translacione sancti Augustini percipere consueui. Et ego predictus Iohannes et heredes mei warantizabimus totum predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis predicte ecclesie contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec mea donacio et carte mee confirmacio, facta et recordata in capitali curia[1] sancti Augustini, pro me et heredibus meis firma et stabilis sit in perpetuum presenti carte sigillum meum[2] apposui. Hiis testibus, Huberto mercerio, Iohanne Chiche etc.

(Folio 364, r°.)

Carta Nigelli filii Yuonis de quadam terra concessa ecclesie sancte Mildrede.

Nouerint omnes ad quos presens carta peruenerit quod ego Nigellus filius Yuonis de Sarnay dedi et concessi et carta mea confirmaui ecclesie sancte Mildrede Cantuarie rectoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum

[1] In the margin in a later hand :—Alta curia.

[2] This word is repeated.

totam[1] illam terram meam integre, que iacet inter terram Martini de Wy tannatoris et viam per quam itur ad molendinum, simul et totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui in tota predicta terra; tenendam [et] possidendam predicte ecclesie et eius rectoribus libere, quiete, honorifice in perpetuum. Et ut hec mea donacio firma et inconcussa in perpetuum permaneat, hanc presentem cartam sigilli mei munimine cum fidei caucione prestita dignum duxi roborandam. Hiis testibus, magistro W. Curteys decano Cantuarie etc.

Carta Ethestani[2] filii Mayneri Diuitis de xix*d.* redditus de quodam mesuagio in parochia sancte Mildrethe.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Ethelstanus filius Mayneri diuitis dedi et concessi etc. sacriste ecclesie sancti Augustini Cantuarie xix*d.* redditus mei ex mesuagio Gerardi textoris Flandrensis, quod est in parochia sancte Mildrethe, et iacet inter mesuagium Willelmi de Dublerwiicte et mesuagium Osberni le Rether; tenendos et habendos dicte sacriste libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, recipiendo prenominatum redditum annuatim ad duos terminos de predicto Gerardo siue de heredibus suis, scilicet, ad festum sancti Michaelis ix*d.* et *ob.* et ad mediam xl^am^ ix*d.* *ob.* Et ego Ethelstanus et heredes mei warantizabimus prememoratum redditum iamdicte sacriste ex omnibus temporalibus demandis contra omnes homines et feminas. Pro hac autem donacione mea et concessione dedit michi Adam predicte ecclesie existens sacrista xviij. solidos sterlingorum in gersumam. Facta fuit hec etc. Hiis testibus, Iacobo de Perta, Eudone Chiche etc.

Carta Elphegi Lamb de iiij^or^ solidis redditus. (Folio 365, r^o^.)[3]

Sciant presentes et futuri quod ego Elphegus Lamb dedi et concessi Huberto mercerio et Cristine filie mee vxori sue iiij^or^ solidos liberi redditus mei cum omnibus pertinenciis suis, scilicet, in releuiis, in omnibus casibus et rebus, quos michi reddere solebat annuatim Lambinus Flandernes' ex quadam terra, que iacet in parochia sancte Margarete inter terram Huberti Cordewanarii et terram Guidonis Cissoris, xl. denarios et ex molendino domini regis apud Eastbregg' viij*d.*; tenendos et habendos de me et heredibus meis predictis Huberto et Cristine et heredibus suis libere, quiete, iure hereditario, percipiendo predictos xl*d.* annuatim ad duos terminos ex predicto Lambino vel heredibus suis ad Natale Domini xx*d.* et ad Natiuitatem

[1] This word is repeated. [2] *Sic.* [3] Folio 364 v° is blank.

sancti Iohannis Baptiste xx*d.*[1] et ex predicto molendino viij*d.* ad mediam xl^{am}, et reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ad predictum terminum vnum denarium de forgabulo pro omni seruicio seculari, omni occasione remota. Et ego et heredes mei warantizabimus totum predictum redditum predictorum iiij^{or} solidorum cum omnibus pertinenciis suis integre predictis[2] Huberto et Cristine et heredibus suis contra omnes homines et feminas in perpetuum per predictum seruicium.[3] Et hec mea etc. vt superius.

Carta Elphegi Lamb de quodam mesuagio in parochia sancte Margarete.

Sciant presentes et futuri quod ego Elphegus Lamb de Cantuaria concessi, dedi etc. Roberto de Paris mercatori eiusdem ciuitatis quoddam mesuagium meum quod continet in latitudine versus keminum domini regis xl. pedes et in alio capite versus curtillum xvj. pedes, in longitudine vero xl. pedes et xiiij. pedes, quod mesuagium adiacet ab occidentali parte proximo mesuagio quod fuit Willelmi Wallere in parochia sancte[4] Margarete; tenendum et habendum sibi Roberto et heredibus suis, ipse et heredes sui, de me et heredibus meis iure hereditario, libere et quiete in perpetuum, reddendo michi annuatim inde et heredibus meis ipse et heredes sui xviij*d.* sterlingorum per duos terminos, videlicet ad Natale sancti Iohannis Baptiste ix*d.* et ad Natale Domini ix*d.* ad capitale mesuagium meum in parochia sancti Georgii pro omnibus seruiciis et consuetudinibus et demandis, omni occasione remota. Et ego Elphegus et heredes mei warantizabimus predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis prenominato Roberto et heredibus suis contra omnes homines et feminas. Et pro hac donacione mea et warantizacione etc., memoratus Robertus dedit michi iij. solidos sterlingorum in gersumam. Facta fuit autem hec donacio mea et hec concessio in hundredo de Wrgat' et ibi recordata et postea in burgimoto ciuitatis Cantuarie. Et ut hec mea donacio etc. sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus Goldewino mercerio etc.

(Folio 365, v°.)

Carta Roberti Paris de quodam mesuagio in parochia sancte Margarete.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Paris dedi et concessi etc. et pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie

[1] MS. :—xl*d.*
[2] MS. :—predicto.
[3] MS. :—secundum.
[4] MS. :—sancti.

totum ius quod habui uel aliquo tempore habere potui in toto illo mesuagio quod est in parochia sancte Margarete et quod iacet inter terram Huberti Cordewanarii et inter terram que fuit Walteri Godrich. Et in huius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma de Meril' tunc senescallo etc.

Carta Margarete Kaluel de toto mesuagio suo in parochia sancte Margarete.

Sciant presentes et futuri quod ego Margareta filia Willelmi Kaluel dedi etc. Gueresio filio Rogeri de Reygat' totum illud mesuagium cum domibus et omnibus pertinenciis suis in parochia sancte Margarete et iacet apud cornneram de Terne inter mesuagium Roberti Couunant quod est versus norht et stratam regiam que est versus suht et terram que fuit Matildis Palmestre que est versus east et stratam que est versus west; tenendum et habendum de me et heredibus meis predicto Gueresio et cui vel quibus dare vel vendere et assignare voluerit, preterquam domui religionis, libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, reddendo michi et heredibus meis v. solidos sterlingorum ad iiij^{or} terminos, scilicet, ad festum sancti Michaelis xv*d.* et ad Natale Domini xv*d.* et ad Pascha xv*d.* et ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste xv*d.* pro omni seruicio seculari omni occasione remota. Et ego Margareta et heredes mei warantizabimus totum predictum mesuagium cum domibus et omnibus pertinenciis suis integre predicto Gueresio et cuicumque assignare voluerit, ut predictum est, contra omnes homines et feminas in perpetuum per predictum seruicium. Pro hac autem etc. Hiis testibus, Willelmo Huillard' etc.

Carta Willelmi Kokin filii Augustini de Lond' de vno mesuagio in parochia sancte Margarete.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Kokin filius Augustini de Lond' dedi etc. G. filio R. de Reigat' totum illud mesuagium meum cum domibus et omnibus pertinenciis suis integre in parochia sancte Margarete et quod iacet ad corneram de Terne etc. ut superius. Et ad redditum predictum integre et secure in perpetuum faciendum quicquid ex dicto mesuagio acciderit, ponit dictus G. in contraplegium domos et terras quas infra ciuitatem Cantuarie vel extra adquiret. Et ego Willelmus et heredes mei warantizabimus totum predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis integre predicto G. et cuicumque assignauerit contra omnes homines et feminas per predictum seruicium. Ad hanc vero warantizacionem plene et integre pro me et heredibus meis in perpetuum faciendam pono in contra-

plegium totam illam terram cum omnibus pertinenciis suis quam emi de Willelmo de Soford, que est in parochia sancti Eadmundi, simul (Folio 366, r°.) terras | et redditus de perquisicione mea infra ciuitatem Cantuarie et extra sufficientes ad warantizacionem dicti mesuagii. Pro hac autem etc. Testibus, Willelmo Huillard' etc.

Cirographum inter Willelmum filium Osmundi et Gueresium aurifabrum.

Notum sit omnibus quod hec est conuencio facta inter Willelmum filium Osmundi tradentem et Gueresum[1] aurifabrum recipientem, scilicet, quod predictus Willelmus tradidit ad firmam predicto Gueresio quamdam partem terre sue que continet in latitudine sua inter terram predicti Willelmi versus east et terram Godardi aurifabri que fuit Matildis Palmestre versus west xx^ti^ et tres pedes et iacet in longitudine sua inter stratam regiam versus suht et terram Rogeri Cuuenant versus norht; tenendam et possidendam predicto Gueresio et heredibus suis et cuicumque assignare voluerit a festo sancti Marci[2] ewangeliste proximo post Translacionem beati Thome martiris vsque ad finem x. annorum sequencium pro x. solidis sterlingorum, quos predictus Gueresius dedit predicto Willelmo premanibus pro predicta firma x. annorum, et in fine predictorum x. annorum redibit tota terra predicta predicto Willelmo et heredibus suis libera et quieta. Et predictus Willelmus et heredes sui warantizabunt pariter et defendent totam predictam terram superius diuisam predicto Gueresio et heredibus suis et cuicumque assignare voluerit contra dominum fundi et omnes homines et feminas de omnibus seruiciis et rebus cum omnibus tenementis suis per predictum terminum x. annorum per scriptam conuencionem. Et ad hoc plene faciendum ponit predictus Willelmus pro se et heredibus suis in contrapleggium totum tenementum suum quod habet in parochia sancte Margarete. Hanc vero conuencionem sine dolo pro se suisque firmiter tenendam fidei caucione prestita et sigillorum suorum inpressionibus [etc.]. Hiis testibus etc.

(Folio 366, v°.) Carta Cristine filie Andree Flandrensis de toto mesuagio suo in parochia sancti Andree.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina filia Andree Flandrensis et relicta Henrici Bastard in libera potestate mea et in weduagio meo dedi etc. et pro me et heredibus meis in perpetuum quietumclamaui Deo et sacriste ecclesie sancti Augustini Cantuarie in liberam, puram

[1] *Sic.* [2] MS. :—Marce.

et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et pro salute omnium antecessorum et successorum meorum totum mesuagium meum cum edificio desuper facto et cum omnibus pertinenciis suis quod fuit predicti Andree patris mei, et quod iacet inter mesuagium predicte sacristie quod est versus orientem et venellam que est versus occidentem et stratam regiam que est versus aquilonem et terram predicte sacristie que est versus austrum, scilicet, in parochia sancti Andree; tenendum et possidendum sine aliqua contradictione de me et heredibus meis predicte sacristie libere et quiete in perpetuum, sicut libera elemosina potest liberius et purius teneri vel haberi. Et ego predicta Cristina et heredes mei warantizabimus totum predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis predicte sacristie contra omnes homines et feminas, Cristianos et Iudeos. Et vt hec mea donacio, facta et recordata in burgimoto ciuitatis Cantuarie et in curia[1] domini abbatis sancti Augustini Cantuarie firma et stabilis pro me et heredibus meis in perpetuum permaneat, presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus, Henrico Iay, Huberto mercerio tunc preposito[2] etc.

Quietaclamacio Rogeri filii Henrici Bastard de supradicto mesuagio.

Vniuersis Cristi fidelibus ad quos presens carta peruenerit Rogerus filius Henrici Bastard' salutem eternam in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea in perpetuum quietumclamasse[3] pro me et heredibus meis Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie totum ius quod habui uel aliquo tempore habere potui in toto illo mesuagio quod fuit Cristine matris mee iuxta Andr[esgate][4] et quod predicta Cristina contulit predicte ecclesie sancti Augustini Cantuarie. In huius rei testimonium presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus, Iohanne filio Roberti, Henrico Iay etc.

Carta Cecilie filie Godwini mercerii de viij. sopis in merceria.

Sciant presentes et futuri quod ego Cecilia filia Godwini mercerii de Cantuaria in ligia potestate mea dedi et concessi etc. domino abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam viij. sopas cum cellario et tota terra que me ibidem

[1] In the margin, in a later hand:—Alta curia.

[2] Hubertus Mercerius was provost in 1234, and possibly in other years: see *Somner's Antiq. of Canterbury*, ed. 2, p. 179.

[3] MS :—quietumclamauisse. [4] *Andresgate* occurs in a charter on fol. 368 v°.

hereditarie contingebat cum omnibus pertinenciis suis que sunt in merceria Cantuarie, inter sopam que fuit Luce mercerii que est versus boream et mesuagium Dionisii mercerii quod est versus austrum; tenendas et habendas dictis abbati et conuentui libere et quiete, bene et in pace in perpetuum, sicut pura et perpetua elemosina melius et liberius potest haberi vel teneri. Et ego predicta Cecilia et heredes mei warantizabimus | predictas sopas cum tota terra predicta et cum omnibus aliis pertinenciis suis vna cum cellario sepedictis abbati et conuentui contra omnes homines et feminas. Et vt hec donacio etc. Hiis testibus, Thoma de Merile tunc senescallo etc.

(Folio 367, r°.)

Carta Walteri de Bruseles et Cecilie vxoris sue de viij. sopis vt supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus de Bruseles et ego Cecilia vxor sua filia Goldwini Mercerii de Cantuaria dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus domino abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum in puram et perpetuam elemosinam octo sopas cum cellario et tota terra nostra que retro est et omnibus pertinenciis suis que sunt in merceria Cantuarie inter sopam que fuit Luce mercerii que est versus boream etc., vt supra. Et nos predicti Walterus et Cristina vxor sua et heredes nostri warantizabimus etc., omnia vt in superiori scripto continetur.

Quietaclamacio Walteri de Brusel' de supradictis sopis.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Walterus de Brusel' salutem. Nouerit vniuersitas vestra me remisisse et quietumclamasse domino abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totum ius et clamium quod habui vel habere potui in octo soppis in merceria cum celario et tota terra que retro est quas Cecilia vxor mea in ligia potestate sua vendidit eisdem, ita quod nec ego nec aliquis pro me in dictis scoppis cum pertinenciis suis siue pro franco banko siue pro aliqua re vlterius vendicare poterimus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma de Merile etc.

Carta [Rogeri filii][1] Henrici Ampolarii de tota hereditate sua infra Cantuariam et extra.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus filius Henrici Ampollarii dedi et concessi etc. abbati et conuentui sancti Augustini Can-

[1] Not in MS.

tuarie ad vsus sacristie eiusdem ecclesie in liberam et puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et patris et matris mei et omnium antecessorum meorum totam hereditatem meam integre in domibus, mesuagiis, redditibus, terris, in omnibus rebus cum omnibue pertinenciis suis, et quicquid me contingit vel aliquo tempore contingere poterit ex parte predicti Henrici patris mei et ex parte Cristine matris mee, filie Elphegi Lamb, infra ciuitatem Cantuarie vel extra vbicumque sit; tenendam et possidendam predictis abbati et conuentui ad vsus predicte sacristie libere, quiete in perpetuum in pace, defendendo totam predictam hereditatem versus dominos fundi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et ego predictus Rogerus et heredes mei warantizabimus totam predictam hereditatem cum omnibus pertinenciis suis integre predictis abbati et conuentui ad vsus predicte sacristie contra omnes homines et feminas in perpetuum sicut liberam et puram et | perpetuam elemosinam. Et vt (Folio 367, v°.) hec mea donacio et warantizacio facta et recordata in curia[1] domini abbatis sancti Augustini Cantuarie firma et inconcussa permaneat, hanc presentem cartam meam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus,[2] Thoma de Merile etc.

Carta [Rogeri filii] Henrici Ampollarii de j. mesuagio in parochia sancti Andree.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus filius Henrici Ampollonarii[3] concessi et hac presenti carta mea confirmaui Iuliane de London' filie Gerardi de Meldona et Ricardo filio ipsius Iuliane et heredibus suis de vxore sua legitime genitis vnum mesuagium cum pertinenciis suis in ciuitate Cantuarie quod fuit Henrici Ampollarii patris mei, et iacet in parochia sancti Andree inter terram Helewyse que fuit vxor W. Maleinie que est versus occidentem et terram R. Tratel que est versus orientem; habendum et tenendum predicte Iuliane et Ricardo filio suo et heredibus suis legitime genitis bene et in pace libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, reddendo inde annuatim ecclesie sancti Augustini Cantuarie xiiij^or^ solidos sterlingorum ad [quatuor][4] terminos anni scilicet ad festum sancti Iohannis iij. solidos vj*d.*, et ad festum sancti Michaelis iij. solidos vj*d.*, et ad Natale Domini iij. solidos vj*d.*, et ad Pascha iij*s.* vj*d.* Et ego Rogerus et heredes mei warantizabimus predicte Iuliane et Ricardo filio suo et heredibus ipsius Ricardi legitime genitis totum predictum

[1] In the margin, in a later hand:—Alta curia.
[2] This word is not in the MS.
[3] *Sic.* [4] Not in MS.

mesuagium cum pertinenciis contra omnes homines et feminas. Et si forte contigerit quod predictus Ricardus obierit sine herede de se legitime genito ante ipsam Iulianam matrem suam, predicta Iuliana tenebit totum predictum mesuagium cum pertinenciis suis tota vita sua. Et post decessum ipsius Iuliane totum predictum mesuagium cum pertinenciis reuertetur ad domum sancti Augustini Cantuarie solutum et quietum in perpetuum. Et vt mea concessio et confirmacio rata sit et stabilis permaneat, presentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus, Thoma de Merile, etc.

Carta Viuiani mercerii de quodam mesuagio.

Sciant presentes et futuri quod ego Viuianus mercerius filius Ordhnothi tincturarii dedi etc. Henrico Ampullario filio Malgeri Pistoris et heredibus suis illud mesuagium cum pertinenciis suis quod iacet inter mesuagium Willelmi Maleinie quod est versus occidentem et mesuagium Iohannis filii Ricardi quod est versus orientem, et habet in longitudine sua super chiminum domini regis inter orientem et occidentem xxxj pedes[1] et in longitudine sua inter aquilonem et austrum c. et xx^{ti} pedes; tenendum et habendum iure hereditario de me et heredibus meis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis v. solidos sterlingorum ad duos terminos, medietatem, scilicet, ad mediam xl^{am} et medietatem ad festum sancti Michaelis pro omnibus seruiciis et consuetudinibus et demandis temporalibus. | Et ego Viuianus et heredes mei warantizabimus predictum mesuagium cum pertinenciis suis predicto Henrico et heredibus suis contra omnes homines et feminas in defensione et in omnibus rebus ad defensionem pertinentibus per predictum seruicium. Pro hac autem confirmacione donacionis et concessionis et warantizacionis mee, ad stabilitatem eius perpetuam apposito sigillo meo, munita et facta et recordata in burghimoto ciuitatis Cantuarie et in bertha de Newegat', dedit michi predictus Henricus viginti quinque marcas argenti in gersumam. Hiis testibus, Terrico aurifabro etc.

(Folio 368, r°.)

Carta Viuiani mercerii vt supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Viuianus Mercerius filius Ordnothi Tincturarii dedi etc. omnia vt in superiori carta continetur preterquam reddendo ad festum sancti Michaelis xxv*d.* et ad mediam xl^{am} xxv*d.* pro omnibus seruiciis etc. vt prius.

[1] MS. :—pedem.

Quietaclamacio Iuliane de Lond' et Ricardi filii sui de mesuagio quod fuit Henrici Ampollarii in parochia sancti Andree.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Iuliana de Lond' et Ricardus filius eius salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos relaxasse et quietumclamasse abbati sancti Augustini Cantuarie et conuentui eiusdem loci totum ius nostrum quod habuimus in toto mesuagio quod fuit Henrici Ampollari [1] in parochia sancti Andree, ita quod nos vel heredes nostri nichil iuris in illo mesuagio de cetero poterimus vendicare. Pro hac autem relaxacione et quietaclamacione sigillis nostris firmiter munita dederunt nobis abbas et conuentus vj. marcas argenti. Hiis testibus Huberto mercerio etc.

Carta inter Iulianam de Lond' et Rogerum de Hereford'.

Sciant presentes etc. quod ego Iuliana de London' filia Gerardi de Meldona teneor reddere Rogero de Hereford' xxx. solidos sterlingorum, quos recepi ab ipso Rogero ad Natiuitatem Domini [anno] [2] regni regis Henrici filii regis Iohannis xviij, reddendo predicto Rogero xxx. solidos sterlingorum vel suo assignato ad festum sancti Michaelis proximum sequens. Et si forte contigerit quod predictos denarios infra predictum terminum non reddidero, ego et heredes mei concedimus predicto Rogero vel heredibus suis vel quibus assignare voluerit tenementum meum totum cum pertinenciis in Cantuaria quod teneo de abbate sancti Augustini Cantuarie et de conuentu eiusdem loci. Et vt hec carta mea rata et stabilis permaneat, presens scriptum sigilli mei munimine roboraui, et cartas meas quas habeo de predictis abbate et conuentu sub sigillo meo sigillatas in equa manu pono. Et si ego Iuliana predictos denarios infra predictum terminum reddidero cartas meas quietas recipiam; et si non, eidem Rogero reddantur predicte carte cum predicto tenemento sine vlla contradictione vel aliquo inpedimento mei vel heredum meorum. Hiis testibus, magistro W. Curteys, etc. (25 Dec. 1233.)

Quietaclamacio Iacobi filii Walteri Pistoris de xx*d.* et [3] v. solidis.

Notum sit presentibus et futuris ad quos presens scriptum peruenerit, quod ego Iacobus filius Walteri Pistoris vendidi et quietos relaxaui in perpetuum Ade sacriste sancti Augustini Cantuarie | pro omnibus successoribus suis sacristis xx. denarios de quinque solidis (Folio 368, v°.)

[1] *Sic.* [2] Not in MS.

[3] The rubrick, as is often the case, is incorrect; we require not *et* but *de*.

redditus quos idem Ada sacrista michi et fratribus meis reddere solebat de quadam terra iacente iuxta Andresgate. Pro hac autem vendicione et relaxacione mea dedit michi predictus Adam. xiij. solidos et iiij*d*. sterlingorum. Et ego Iacobus et heredes mei warantizabimus sepedicto Ade et omnibus successoribus suis sacristis prenominatos xx. denarios contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, Willelmo Puinant etc.

Carta Roberti filii Ricardi de x. solidis redditus.

Notum sit omnibus ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, quod ego Robertus filius Ricardi pro salute anime mee et antecessorum meorum dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui ecclesie sancti Augustini Cantuarie x. solidos redditus singulis annis, vij. solidos de tenemento Luce Mercerii et iij. solidos de tenemento Theobaldi presbiteri; quorum vtrumque est de tenemento ecclesie sancti Augustini, et est tenementum Luce in merceria et Theodbaldi ante hostium ecclesie beate Marie de Quenigat'; ita quod de predictis x. solidis in anniuersario meo habeat conuentus vinum et vnam pitanciam in memoriam meam. Et quando hanc donacionem feci dominus abbas et conuentus ecclesie sancti Augustini intuitu caritatis et pietatis concesserunt michi tam nomen meum quam Auicie vxoris mee scribi in Martilogio cum nos obire contigerit, et anniuersarium nostrum solempniter fieri in conuentu in perpetuum. Hiis testibus, magistro Firmin' etc.

Nota.

Carta Iohannis filii Roberti.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iohannes filius Roberti ciuis Cantuarie salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod cum Cecilia filia Goldwini mercerii vendidisset abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie totam terram que ad eam descendit per Goldwinum patrem suum in vico mercerie Cantuarie, quam terram dicta Cecilia tenuit de me et quam ego tenui et defendere [debui][1] versus dictos abbatem et conuentum sancti Augustini, ego quidem ad peticionem eorum quietumclamaui pro me et heredibus meis predictis abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie illud ius quod habui vel habere potui in terra predicta in redditibus, in releuiis, eschaetis et omnibus aliis rebus; ita quod ego vel heredes mei non poterimus de cetero vendicare aliquid iuris nec clammare in predicta terra. Et ego et heredes mei defendemus residuum tenementi quod tenemus de dictis abbate et conuentu sancti

Nota.

[1] Not in MS.

Augustini in Cantuaria pro xij. denariis annuatim soluendis ad duos terminos anni thesaurario eiusdem domus in curia sancti Augustini scilicet, ad festum sancti Michaelis vj*d.* et in media xl^a^ vj*d.* Pro hac mea quietaclammancia, facta et recordata in curia dictorum abbatis et conuentus sancti Augustini, dederunt michi predicti abbas et conuentus xl. solidos sterlingorum. Et vt hec mea etc. Actum in die Inuencionis Sancte Crucis etc. Hiis testibus etc. xij*d.* redditus. (3 May.)

Carta I. filii Roberti de xxvj. solidis et iiij^or^*d.* redditus.

(Folio 369, r^o^.)

Omnibus Cristi fidelibus presentem cartam inspecturis I. filius Roberti filii Ricardi salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui ad sacristiam eiusdem loci x. solidos liberi redditus quos predictus Robertus pater meus donauit eidem ecclesie ad anniuersarium suum et Auicie vxoris sue per manum sacriste singulis annis faciendum, sicut continetur in carta predicti Roberti patris mei, scilicet, vij. solidos de quadam scopa in merceria que fuit Luce mercerii, versus austrum iacens inter terram que fuit Goldwini mercerii et terram que fuit Karoli mercerii versus boream, scilicet, ad mediam [Quadragesimam][1] iij. solidos et vj*d.* et ad festum sancti Michaelis iij*s.* et vj*d.* et de terra Teodbaldi Presbiteri ante hostium ecclesie de Quenegat' iij. solidos, scilicet, ad Natale Domini xij*d.* et ad Pascha xij*d.* et ad festum sancti Iohannis Baptiste xij*d.* Insuper ad emendacionem anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedi et concessi Deo et abbati et conuentui eiusdem loci ad sacristiam eiusdem loci xvj. solidos et iiij*d.* liberi redditus mei in puram et perpetuam elemosinam in parochia sancti Andree, scilicet, x. solidos quos Thomas speciarius michi annuatim reddere consueuit, ad mediam xl^am^ v. solidos et ad festum sancti Michaelis v. solidos, de predicta scopa que fuit Luce mercerii, que annuatim reddit per totum xvij. solidos, et vj. solidos et iiij^or^ denarios quos heredes Ricardi filii Sillard' michi annuatim reddere solebant, scilicet, Cristina Slapegrut ad mediam Quadragesimam xiij*d.* et ad festum sancti Michaelis xiij*d.*, et heredes Dionisie sororis predicte Cristine ad mediam xl^am^ xiij*d.* et ad festum sancti Michaelis xiij*d.*, et heredes Ysabelle sororis, scilicet, predictarum Cristine et Dionisie, ad mediam Quadragesimam xij*d.* et ad festum sancti Michaelis xij*d.* de duabus scopis quas heredes Ricardi de Feschamp' tenent, que iacent inter domum lapideam monachorum Sancte Trinitatis versus orientem et scopam Huberti mercerii versus occidentem; tenendos et habendos Nota.

[1] Not in MS.

dictis abbati et conuentui ad sacristiam eiusdem loci in releuiis et in aschaetis et in omnibus aliis fructibus inde prouenientibus libere, quiete, sicut pura et perpetua elemosina melius et liberius potest haberi vel teneri. Et ego predictus I. et heredes mei warantizabimus totum predictum redditum, scilicet, xxvj. solidorum et iiij^{or}*d.* dictis abbati et conuentui ad sacristiam eiusdem loci contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea etc.

Carta Lambini Flandrensis de quodam mesuagio in parochia sancti Georgii.

Sciant presentes et futuri quod ego Lambinus Flandrensis nepos Vielard' mercatoris dedi etc. Henrico Godwine et heredibus suis illud mesuagium meum in parochia sancti Georgii martiris, quod iacet inter domum lapideam que fuit Roberti filii Hamonis que est versus west et terram Cristiane filie iamdicti Hamonis que est versus east, et habet in longitudine sua super cheminum domini regis xiiij. pedes et in profunditate sua xxvij. pedes; tenendum et habendum iure hereditario in perpetuum de me et heredibus meis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis, | scilicet, ipse et heredes sui, vj. solidos sterlingorum ad iiij^{or} terminos anni, scilicet, ad Natiuitatem Domini xviij*d.* et ad Pascha xviij*d.* et ad festum sancti Iohannis Baptiste xviij*d.* et ad festum sancti Michaelis xviij*d.* pro omnibus seruiciis, consuetudinibus et demandis. Et ego Lambinus et heredes mei warantizabimus predictum mesuagium predicto Henrico et heredibus suis contra omnes homines et feminas in defensione et in omnibus rebus per predictum seruicium. Pro hac etc. Hiis testibus etc.

(Folio 369, v^{o}.)

Carta Willelmi Alured' et Muriele filie Willelmi mercatoris de donacione terrarum, domorum, possessionum suarum infra Cantuariam et extra.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus Alured' et Muriela filia Willelmi mercatoris Cantuarie eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos vnanimi consensu dedisse et reddidisse nos et nostra, scilicet, terras, domos et possessiones nostras in ciuitate Cantuarie et extra, cum omnibus pertinenciis suis et cum omnibus que nobis quocumque iure accidere possunt, Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie ad sacristiam eiusdem ecclesie in puram et perpetuam elemosinam; tenenda sibi et habenda libere et quiete pro nobis et heredibus nostris in perpetuam elemosinam sicut dictum est, defendendo[1] versus dominos

[1] MS. :—defendo.

fundi. Et nos predicti Willelmus et Muriela warantizabimus ecclesie sancti [Augustini] [1] predictas terras, domos, possessiones contra omnes homines et feminas. Et in huius rei testimonium sigilla nostra huic scripto apposuimus. Hiis testibus, Roberto de Beremundeseye, etc.

Carta Willelmi Alured' de quadam parte terre in parochia sancte Marie Magdalene.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens carta peruenerit Willelmus Alured' et Muriela vxor eius salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum et successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie in liberam et perpetuam elemosinam ad luminare in predicta ecclesia quamdam partem terre nostre, que iacet in parochia sancte Marie Magdalene inter terram nostram versus east et terram que fuit Willelmi mercerii versus west et terram predicti Willelmi versus suht et stratam regiam versus norht, et [2] continet in longitudine sua xvj. pedes et dimidium et habet in latitudine sua xiiij. pedes et dimidium ; tenendam et habendam predicte ecclesie, sicut predictum est, libere et quiete et honorifice in perpetuum defendendo totam predictam terram superius diuisam versus dominum fundi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et nos predicti Willelmus et Muriela et heredes nostri warantizabimus totam predictam terram superius diuisam predicte ecclesie contra omnes homines et feminas in perpetuum. Facta autem fuit hec nostra donacio et warantizacio et recordata in burghimoto | ciuitatis Cantuarie et in curia domini (Folio 370, r°.)
abbatis sancti Augustini et sigillis nostris cum fidei caucione prestita firmiter munita. Hiis testibus, Arnoldo de Wich', etc.

Cyrographum inter Willelmum Adred et Willelmum carnificem.

Notum sit omnibus quod hec est conuencio inter Willelmum Adred (29 Sept. 1223.)
et Muriellam vxorem eius ex vna parte et Willelmum carnificem ex altera, scilicet, quod predicti Willelmus et Muriella tradiderunt ad firmam predicto Willelmo totam illam scopam suam quam multis antea tenuit annis et que est inter venellam et hostium mesuagii predictorum Willelmi et Murielle ; tenendam et possidendam predicto Willelmo carnifici et cuicumque assignare voluerit a festo sancti Michaelis anni quarti post Translacionem beati Thome martiris vsque

[1] Not in MS. [2] This word is repeated.

ad finem v. annorum sequencium pro xx. solidis sterlingorum quos predictus Willelmus dedit predictis Willelmo et Murielle premanibus. Debet autem dare ill[um] feodum quem ante dare solebat. Et in fine predictorum v. annorum redibit predicta scopa predictis Willelmo [&c.].

Cirographum inter Gueresium aurifabrum et Willelmum Furmager.

(Easter, 1244.) Notum sit omnibus quod hec est conuencio facta inter Gueresium aurifabrum ex vna parte et Godardum aurifabrum et Willelmum Furmager et[1] Godeleuam vxorem eius ex altera, scilicet, quod predictus Gueresius tradidit predictis Godardo, Willelmo et Godeleue totum illud mesuagium suum cum toto edificio desuper facto quod emit[2] de heredibus Iohannis mercerii quod est in parochia sancte Marie Magdalene de Burgat' proximum mesuagio Gileberti de Boreham; tenendum et possidendum predictis Godardo, Willelmo et Godeleue a Pascha proximo post obitum Ranulphi Cycestrensis episcopi vsque ad finem x. annorum sequencium pro quinque solidis annuatim predicto Gueresio soluendis, scilicet ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste xv*d.* et ad festum sancti Michaelis xv*d.*, et ad Natale Domini xv*d.*, et ad Pascha xv*d.*, et pro quodam mesuagio cum toto edificio desuper facto quod iacet in parochia sancte Margarete inter mesuagium predicti Gueresii et mesuagium quod fuit Willelmi filii Osmundi, remanente[3] predicto Gueresio et cuicumque assignare voluerit per predictum terminum x. annorum, ita quod predictus Gueresius vel heredes sui warantizabunt pariter et defendent totum prescriptum mesuagium quod est in parochia sancte Marie Magdalene predictis Godardo et Willelmo et Godeleue et heredibus eorum contra dominos fundi et omnes homines et feminas de omnibus inde annuatim debitis per totum predictum terminum x. annorum per scriptam conuencionem. Eodem modo predicti Godardus et Willelmus et Godeleua et heredes eorum warantizabunt pariter et defendent totum predictum mesuagium quod est in parochia sancte Margarete predicto Gueresio et cuicumque assignare voluerit contra dominos fundi et omnes homines et feminas de omnibus (Folio 370, v°.) seruiciis inde annuatim | debitis per totum predictum terminum x. annorum. Si quod autem predictorum duorum mesuagiorum proprio igne consumptum fuerit reedificabit illud illorum quis illud tenebit. Hanc autem conuencionem sine dolo etc. Hiis testibus, etc.

[1] This word is not in the MS.

[2] This and the preceding word are repeated.

[3] MS. :—remanenti.

Carta Willelmi de Cusinton de quodam mesuagio iuxta ecclesiam sancte Marie Magdalene.

Nouerint presentes et futuri quod ego Willelmus de Cusinton filius Wymundi senescalli dedi et concessi etc. Wlfwino mercerio [1] Cantuarie quoddam mesuagium meum in Cantuaria cum omnibus pertinenciis suis, quod mesuagium iacet inter venellam que se extendit versus domum lapideam que fuit Iohannis filii Roberti et inter ecclesiam sancte Marie Magdalene que vocatur Fismannecherch', exceptis iiij. pedibus terre quos concessi [2] eidem ecclesie; tenendum et habendum eidem Wlfwino et heredibus suis de me et heredibus meis iure hereditario libere et quiete in perpetuum, reddendo inde singulis [annis] [3] ipse Wlfwinus et heredes eius michi Willelmo et heredibus [meis] [4] ix. solidos sterlingorum in iij. terminis, scilicet, ad mediam xl^am^ viij*d.*, quos idem Wlfwinus vel heredes eius portabunt singulis annis pro me et heredibus meis super altare sancti Augustini Cantuarie et ad Pascha ipse et heredes eius michi et heredibus meis iiij^or^ solidos sterlingorum et ad festum sancti Michaelis iiij. solidos sterlingorum in eodem mesuagio et iiij^or^ denarios, quos monachi Sancte Trinitatis reddere debent de eodem tenemento eidem Wlfwino in media xl^a^, pro omnibus seruiciis et consuetudinibus. Et ego Willelmus et heredes mei warantizabimus illud superius nominatum cum omnibus pertinenciis suis prenominato Wlfwino et heredibus suis contra omnes homines et feminas per omnia. Et pro hac mea donacione et pro hoc meo concessu prenominatus Wlfwinus dedit michi x. solidos sterlingorum in gersumam. Hec mea donacio facta fuit in hundredo de Burgat' et recordata in burgimoto Cantuarie. Et vt hec mea donacio firma permaneat et stabilis, sigilli mei apposicione eam confirmaui. Hiis testibus, Iohanne filio Roberti, Gregorio Frese etc.

Carta Muriel filie Wlwini de quadam parte terre in parochia sancte Marie Magdalene.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Muriel filia Wluuini mercerii salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me pro salute anime mee et animarum patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum dedisse et concessisse et hac presenta carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie in liberam et puram et perpetuam elemosinam in predicta ecclesia quandam partem terre mee que iacet in parochia sancte Marie Magdalene inter terram meam versus east (Mich. 1221 –Mich. 1222.)

[1] MS. :—mercio.
[2] MS. :—concesse.
[3] Not in MS.
[4] Not in MS.

et terram que fuit predicti Wluuini versus west et stratam regiam versus norht et terram predicti Wlwini versus suht, et continet in longitudine sexdecim pedes et dimidium et habet in latitudine sua xiiij^{or} pedes et dimidium ; tenendam et habendam predicte ecclesie, sicut predictum est, libere, quiete, | honorifice in perpetuum, defendendo totam predictam terram superius diuisam versus dominum fundi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et ego Muriel predicta et heredes mei warantizabimus totam predictam terram superius diuisam predicte ecclesie contra omnes homines et feminas in perpetuam. Facta fuit hec mea donacio et warantizacio et recordata in burgimoto ciuitatis Cantuarie et in curia[1] domini abbatis de sancto Augustino et sigillo meo firmiter munita, cum fidei caucione prestita. Hiis testibus, Arnoldo de Wich' et Karolo mercerio tunc prepositis,[2] etc.

(Folio 371, r°.)

Carta Heilite, Simonis et Hugonis filiorum Willelmi Taleboth de xij*d.* redditus.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus ad quos presens carta peruenerit quod nos Helite, Simon, Hugo filii Willelmi Taleboth dedimus et assignauimus et pro nobis et pro heredibus nostris in perpetuum quietumclamauimus Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie, ad opus sancti Adriani in eadem ecclesia quiescentis, pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum nostrorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam xij*d.* redditus, quorum vj. sunt de tenemento Reginaldi clerici quod est in parochia sancte Marie de Quenegate et quod iacet inter terram Roberti Claudien que est versus aquilonem et terram Benedicti versus austrum, quos percipere solebamus in media xl^{a} de predicto Reginaldo, et vj*d.* redditus quos Robertus clericus de Burn' nobis in quatuor terminis anni ferre solebat de quodam tenemento quod est in parochia sancti Pauli, et quod iacet inter terram R. de Cornelle que est versus aquilonem et terram que fuit R. de Paris que est versus austrum ; tenendos et habendos predicte ecclesie, sicut predictum est, libere et quiete in perpetuum, sicut libera elemosina potest purius et liberius haberi et teneri ; et nos predicti Heilite, Simon, et Hugo et heredes nostri warantizabimus totum predictum redditum predicte ecclesie contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et vt hec nostra donacio etc.

[1] In the margin, in a later hand :—Alta curia.

[2] These were the bailiffs or provosts for the year beginning Michaelmas 1221 ; see *Somner's Antiq. of Canterbury*, ed. 2, p. 179.

Carta supradictorum de ij. solidis j. quadrante redditus.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus ad quos presens carta peruenerit quod nos Helite, Symon et Hugo filii Willelmi Talebot dedimus etc. Deo et sacristie sancti Augustini Cantuarie pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum et successorum nostrorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam ij. solidos redditus et j. quadrantem, quorum quinque denarii sunt de quodam tenemento Ricardi [1] de Sartrino quod est in parochia sancte Marie de Quenigate et quod iacet inter terram Pauie que est versus aquilonem et terram Matildis vidue que est versus austrum, quos percipere solebamus de heredibus predicti Ricardi in terminis [2] anni, scilicet, in festo sancti Andree vj*d.* et in media xl. vj*d.* et in festo sancti Michaelis iij*d.* *ob.* de quodam tenemento quod est [3] in parochia sancti Pauli et quod iacet inter terram Warini Coci que est versus aquilonem et terram Walklini que est versus austrum, et ij*d.* redditus et vnum [4] quadrantem quos nobis Pauie in media Quadragesima ferre solebat de quodam tenemento quod est in parochia sancte Marie de Quenegat' et quod iacet inter terram que fuit Roberti de Hostio versus aquilonem et terram Ricardi de Sartrino que est versus austrum ; | tenendos et habendos predicte sacristie, sicut predictum est, libere et quiete in perpetuum, sicut libera elemosina liberius et purius potest haberi vel teneri, defendendo totum predictum redditum superius diuisum contra dominos fundi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis. Et nos etc. Et vt hec nostra donacio etc. (Folio 371, v°.)

Carta [Iohannis filii] Viuiani mercatoris de hereditate sua et[5] purchasio patris sui in[5] parochia sancte Marie de Quenigat'.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes filius Viuiani mercatoris Cantuarie dedi et hac presenti carta mea pro me et heredibus meis quietumclamaui Deo et ecclesie sancti Augustini Cantuarie ad sacristiam eiusdem ecclesie in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum ius et clamium quod habui vel aliquo tempore habere potui in hereditate mea et in purchacio patris mei cum pertinenciis in parochia sancte Marie de Quenegate iuxta Quenegate infra muros inter terram Beatricis matertere mee versus suth et inter terram Iohannis filii Roberti Palmer versus north, et habet dicta terra quinquaginta et

[1] MS. :—Ricrardi.

[2] This word is repeated. It is evident that this charter is corrupt and that a clause or more is wanting.

[3] This word is not in the MS. [4] MS. :—vnius.

[5] The words *et* and *in* are cut off at the edge of the folio.

Nota. vnum pedes infra muros in latitudine super stratam et item iuxta murum monachorum Sancte Trinitatis quadraginta pedes in latitudine, et a strata vsque ad murum monachorum Sancte Trinitatis quateruiginti pedes in longitudine; tenendum et habendum predicte ecclesie sicut predictum est libere et quiete, scilicet, pro me et heredibus meis sicut ius proprium in perpetuum. Defendet autem sacrista sancti Augustini predictam terram, reddendo annuatim ad curiam de Langeporte iiij^{or}*d.* et heredibus Iohannis Aldermanni xij*d.* ad duos terminos, scilicet, ad[1] mediam xl. vj*d.* et ad festum sancti Michaelis vj*d.* pro omni seruicio et exactione et demanda. Et ego predictus Iohannes et heredes mei warantizabimus predictam terram prenominate ecclesie sancti Augustini contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et quieta clamacio, facta et recordata in curia[2] sancti Augustini, firma permaneat inperpetuum, presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus, Roberto de Beremundesh' etc.

(Folio 372, r°.)

Carta Iohannis Rose de viij*d.* redditus et de mesuagio quod fuit Karoli mercerii in parochia sancti Michaelis de Burgat'.

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes Rose filius Marker' fabri cutellarii de Cantuaria dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Henrico Ampullario filio Malgeri pistoris et Cristine vxori[3] eius et heredibus suis viij*d.* sterlingorum redditus mei liberi cum omnibus pertinenciis suis et quicquid michi nunc contingit vel contingere potuit ex mesuagio Karoli macecrarii, quod est in parochia sancti Michaelis de Burgate, et quod iacet inter terram que fuit Iohannis Beiuim que est versus east et terram Reginaldi de Cornhell' que est versus west; habenda et tenenda de me et heredibus meis predictis Henrico et Cristine et heredibus suis libere, quiete, iure hereditario inperpetuum, recipiendo annuatim prenominatos viij. denarios sterlingorum absque omni seculari contradictione ex prefato tenemento, scilicet, ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste. Et ego Iohannes et[4] heredes mei warantizabimus predictos viij. denarios redditus cum omnibus pertinenciis suis et quicquid nobis contingit vel contingere poterit prenominatis Henrico et Cristine et heredibus suis contra omnes homines et feminas ex omnibus rebus secularibus, et[5] demandis. Pro hac autem donacione mea facta et recordata in burgemoth' ciuitatis Cantuarie et postea in hundredo de berthe de Burgate et sigillo meo ad firmitatem eorum perpetuam munita dederunt pre-

[1] MS.:—a.
[2] In the margin, in a later hand:—Alta curia.
[3] MS.:—vxoris.
[4] This word is not in the MS.
[5] This word is not in the MS.

dicti Henricus et Cristina x. solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Iohanne Blund' etc.

Carta Willelmi filii Iohannis le Alderman de Radigat' de xiiij^{or} solidis redditus.

(Folio 372, v°.)

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Willelmus filius Iohannis le Alderman de Radingat' salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra [me][1] pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, confirmasse et hac presenti carta mea inperpetuum pro me et heredibus meis quietumclamasse Deo et sacristie ecclesie sancti Augustini Cantuarie quatuordecim solidos redditus cum humagiis, releuiis et omnibus aliis pertinenciis suis, quos annuatim percipere solebam, scilicet, de Iohanne le Porer' quatuor solidos et duos denarios, de heredibus Marker' xij*d.*, de heredibus Ioie xij*d.*, de Roberto Ruffo xvj*d.*, de Salomone Bedell' xiiij*d.*, de Albino xv*d.*, de heredibus Hugonis Longi xvij*d.*, de Waltero Drinthkmoth xviij*d.*, de heredibus Emme de Fordwic' viij*d.*, de Roberto le Furmager vj*d.*, simul et totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui in totis predictis redditibus cum homagiis, releuiis et omnibus aliis pertinenciis suis; tenendos et possidendos predicte sacristie libere, quiete, sicut libera elemosina potest purius et liberius haberi vel teneri. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus totum predictum redditum cum humagiis, releuiis et omnibus aliis pertinenciis suis predicte sacristie, sicut predictum est, contra omnes homines et feminas. Et vt hec mea donacio et quietaclamacio facta et recordata in capitali curia[2] sancti Augustini Cantuarie pro me et heredibus meis firma et stabilis permaneat in perpetuum, presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma de Meril' etc.

Carta Iohannis filii Willelmi Coci de viij*d.* redditus.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens carta peruenerit Iohannes filius Willelmi Coci salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dimisisse et hac presenti carta mea in perpetuum pro me et heredibus meis quietumclamasse Deo et sacristie ecclesie sancti Augustini Cantuarie viij*d.* redditus quos annuatim percipere solebam in die sancti Iohannis Baptiste de quodam curtilagio quod Simon Parent tenet de me, et xij*d.* redditus quos eodem termino percipere

[1] Not in MS.

[2] In the margin, in a later hand :—Alta curia.

solebam de quadam domo que proximo stat versus orientem iuxta domum Godescalki filii Willelmi la Weyte, quam idem [1] Godescalkus tenet de me, simul et totum ius quod habui vel aliquo tempore habere potui in totis predictis redditibus; tenendos et possidendos predicte sacristie libere et quiete, sicut libera elemosina potest purius et liberius haberi vel teneri. Et vt hec mea dimissio et quieta clamacio | facta et recordata in capitali curia [2] domini abbatis sancti Augustini Cantuarie sine aliqua contradictione de me et heredibus meis firma et stabilis inperpetuum permaneat, presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma de Merile etc.

(Folio 373, r°.)

Carta Alani filii Iohannis Pollard de quadam parte terre iuxta terram Thome Pil.

Sciant presentes et futuri quod ego Alanus Parmentarius filius Iohannis Pollard dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et sacristie ecclesie sancti Augustini Cantuarie quandam partem terre mee cum toto edificio desuper facto, que continet in longitudine sua sexaginta et xj. pedes inter stratam regiam versus east et terram Thome Pil versus west et habet in latitudine sua in capite orientali inter terram meam et stratam regiam xxx^a^ et vj. pedes et capite occidentali inter terram meam et stratam regiam quinquaginta et v^que^ pedes; tenendam et possidendam predicte sacristie libere et quiete et honorifice inperpetuum in pace, sicut puram, liberam et perpetuam elemosinam. Ego predictus Alanus et heredes mei warantizabimus pariter et defendemus totam predictam terram superius diuisam predicte sacristie contra omnes homines et feminas, sicut liberam, puram elemosinam, de omnibus seruiciis et rebus inperpetuum. Et vt [3] hec mea donacio et warantizacio firma et stabilis et inconcussa permaneat inperpetuum, hanc presentem cartam sigilli mei munimine duxi roborandam. Hiis testibus, Roberto de Tremfeld.

Carta Ade filii Symonis de quadam parte terre in parochia sancti Pauli.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam filius Simonis dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Iohanni Pelerun quandam partem terre mee que iacet in parochia sancti Pauli inter terram que fuit Roberti de Paris et terram Susanne et terram meam et terram que fuit predicti Roberti, que continet in longitudine sua lx^ta^ et viij. pedes et habet in latitudine in capite orientali xlij. pedes

[1] MS.:—id idem.
[2] In the margin, in a later hand:—Alta curia.
[3] This word is not in the MS.

et in capite occidentali xx^{ti} pedes; tenendam et habendam de me et heredibus meis predicto Iohanni et cui et quibus dare, vendere, assignare voluerit preterquam domui religionis libere, quiete, iure hereditario in perpetuum, defendendo totam predictam terram versus dominos fundi de omnibus seruiciis inde annuatim debitis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis iiij^{or}*d.* de forgabulo ad mediam xl. pro omni seruicio seculari, omni occasione remota. Et ego predictus Adam et heredes mei warantizabimus totam predictam terram predicto Iohanni et cuicumque | assignare voluerit, sicut predictum est, contra omnes homines et feminas. Pro hac autem etc. Hiis testibus, Thoma de Tremfeld etc. (Folio 373, v°.)

Carta [Cristine] filie Emme Balbine, vt supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina filia Emme Balbine dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui I. Pelerin quandam partem terre mee etc. verbo ad verbum, vt supra etc.

Carta Iohannis Medici de quodam mesuagio in parochia sancti Pauli.

Nouerint presentes et futuri quod ego Iohannes Medicus filius Petri Medici dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Roberto de Paris mesuagium meum quod fuit Petri patris mei cum omnibus pertinenciis quod proximo adiacet mesuagio prefati[1] Roberti in parochia sancti Pauli; tenendum et habendum sibi et heredibus suis de me et heredibus meis iure hereditario libere et quiete in perpetuum sine omni contradictione, reddendo inde nobis annuatim ipse et heredes sui michi et heredibus meis xviij*d.* de gabulo in duobus terminis scilicet, ad mediam xl. ix*d.*, ad festum sancti Michaelis ix*d.*, pro omni seruicio et consuetudine, omni remota occasione. Et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus prenominatum mesuagium cum omnibus pertinenciis prefato Roberto et heredibus suis contra omnes homines et feminas de omnibus placitis et querelis. Et pro hac mea donacione et pro hoc meo concessu predictus Robertus dedit michi xvij. solidos et iiij^{or}*d.* in gersumam. Hec mea donacio facta fuit et recordata in curia[2] sancti Augustini. Et vt hec mea donacio etc. Hiis testibus, etc.

[1] MS.:—prefato.

[2] In the margin, in a later hand:—Alta curia.

Cyrographum inter Iohannem Medicum et Robertum Paris de quodam mesuagio in parochia sancti Pauli.

(2 Feb. 1197.) Nouerint presentes et futuri quod hec est conuencio facta inter Iohannem Medicum qui fuit filius Petri Medici et Robertum de Paris, scilicet, quod predictus Iohannes inuadiauit predicto Roberto mesuagium suum quod fuit Petri patris sui cum omnibus pertinenciis suis, et hoc Alicie matris sue consensu et concessu, quod adiacet mesuagio prefati Roberti in parochia sancti Pauli, a Purificacione (Folio 374, r°.) sancte Marie proxima post sacracionem | I. de Cunstances Wigorniensis episcopi vsque ad x. annos pro xx. solidis sterlingorum; et predictus Robertus vel heredes eius reddent annuatim de hoc supradicto vadio predicto Iohanni vel heredibus suis quicumque successerint heredes xvj*d.* de gabulo in duobus terminis, scilicet, in media xl. vj*d.* et ad festum sancti Michaelis x*d.* pro omni seruicio et consuetudine, omni remota occasione. Et prefatus Iohannes et heredes eius warantizabunt predictum vadium predicto Roberto vel heredibus suis contra omnes gentes de omnibus placitis vel querelis. Preterea, talis inter eos constituitur condicio quod quicquid custamenti prefatus Robertus ad emendacionem huius prefati vadii per visum legalium hominum posuerit, ei computabitur et soluetur. In fine vero x. annorum [si][1] supradictus Iohannes vel heredes eius quicumque successerint hos prenominatos xx^ti^ solidos et eciam tocius expense summam in emendacione prefati vadii positam prefato Roberto vel heredibus eius soluerint, habeant vadium prenominatum liberum et quietum. Sin autem, predictus Robertus vel heredes eius teneant illud de anno in annum donec[2] catelli prenominati et eciam tocius expense in vadio emendando posite plenarie fiat solucio. Hec conuencio facta fuit in curia[3] sancti Augustini et ibidem recordata et eciam in hundredo de Burgat'. Hanc conuencionem euadiauit predictus Iohannes et heredes eius predicto Roberto et heredibus suis [4] perfidie tenendam. Hiis testibus, etc.

Carta Ragenaldi de Cornhell' de xx^ti^ solidis redditus.

(Folio 374, v°.) Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Reginaldus de Cornhell' eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod bone memorie Matildis de Linchedale quondam vxor mea in extremis agens, me et heredibus meis presentibus et concencientibus et autoritatem inpertientibus[5], in vltima voluntate sua

[1] Not in MS. [2] MS. :—den'.
[3] In the margin, in a later hand :—Alta curia.
[4] A space is left here in the MS. [5] MS. :—inpertinentibus.

legauit ecclesie sancti Augustini Cantuarie de annuis redditibus quos apud Cantuariam percipiebamus xiij. solidos et vj*d.* de subscriptis hominibus et tenementis, ab ipsius ecclesie conuentu annuatim percipiendos, ad faciendum anniuersarium suum in ipsa ecclesia inperpetuum, scilicet, de Willelmo Coco xlij*d.* de duobus tenementis suis, de terra Bernardi ij*s.*, de terra Peinot Surdi xviij*d.*, vnde ipse Willelmus reddet in media xl^a^ xxj*d.* et in festo sancti Iohannis Baptiste xxj. denarios; de Roberto de Paris de terra que fuit Petri Medici in media xl^a^ ix*d.* et in festo sancti Michaelis ix*d.*; de Simone Parent de terra que iacet inter terram Osmundi de Puteo et gardinum de Langeport in media xl. ix*d.*, in festo sancti Iohannis Baptiste ix*d.*; de Iohanne Wauter de terra in qua Radulfus pater suus mansit in media xl^a^ vj*d.* et in festo sancti Michaelis vj*d.*; de mesuagio quod fuit Euerardi Toth' in media xl^a^ xviij*d.*, in festo sancti Iohannis Baptiste xviij*d.*; de Hamone Hostiario de terra Iacobi Aurifabri in festo apostolorum Petri et Pauli ij. solidos; de Rogero de Sartrino in eodem termino xij*d.* de terra Eluiue Child. Et vt mutue dilectionis omnis affectus inter nos temporaliter habitus ad eterna comprobetur extendere, ego[1] predictus Reginaldus ob deuocionem et affectum quem erga Deum et predicte vxoris mee animam habeo pro salute anime ipsius et mee et omnium antecessorum et successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum de consensu et voluntate heredum meorum ex mera liberalitate mea do et concedo et assigno vj. solidos et vj*d.* ad prefatum anniuersarium plenius faciendum de subscriptis hominibus et tenementis, singulis annis in perpetuum prenominato conuentui sancti Augustini Cantuarie persoluendos, scilicet, de heredibus Hugonis Pil de mesuagio in quo pater eorum mansit xxij. denarios, de proximo mesuagio xxij*d.*, et curtilagio quod adiacet versus aquilonem xviij*d.*, de terra Iohannis Pollard vj*d.*, vnde redduntur in media xl^a^ xxxiiij^or^*d.* et in festo sancti Iohannis Baptiste xxxiiij^or^*d.*, de heredibus Talebot | parcarii de terra super quam talamus suus (Folio 375, r°.)
stabat in Natali Domini x*d.* Hanc autem concessionem meam de consensu heredum meorum vt[2] supra dictum[3] est factam, vt inperpetuum stabilis maneat et inconuulsa, presenti scripto et sigilli mei apposicione confirmo. Hiis testibus, Roberto de Rokesle, etc.

Carta Hugonis Coci filii Edwardi Tresgod' de Sandwico de xx. denariis redditus de quadam terra in Þrutinton.

Nouerint presentes et futuri quod ego Hugo Cocus filius Edwardi Tresgod de Sandwico et ego Agnes filia Ingenulfr' vxor ipsius Hugonis

[1] MS. :—et ego. [2] MS. :—et. [3] MS. :—sepedictum.

dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Wlwino mercerio Cantuarie xx^{ti} denarios de redditu nostro, qui redditus prouenit de terra quadam que iacet in Drudintun inter terram Simonis Presbiteri et inter terram que fuit Robergie; tenendos et habendos sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris iure hereditario libere, quiete, inperpetuum, reddendo inde singulis annis ipse et heredes eius nobis et heredibus nostris xvj*d.* in duobus terminis, scilicet, ad festum sancti Michaelis viij*d.* et ad mediam xl^{m} viij*d.* pro omnibus seruiciis et consuetudinibus, omni occasione remota. Et nos predicti Hugo et Agnes et heredes nostri warantizabimus redditum superius nominatum cum omnibus pertinenciis suis prenominato Wlwino et heredibus suis contra omnes homines et feminas per omnia. Et pro hac nostra etc. Et vt hec nostra etc. Hiis testibus, Thoma Alderman de Burgate, Osmundo de Fraxino etc.

Memorandum quod x. libre quas abbas sancti Augustini Cantuarie habet in Middelton' de dono domini regis allocate fuerunt Ricardo de
(1250.) Ponte custodi de Middelton' in rotulo xxxiiij° et postea domino
(1259.) F. Peyfrere custodi eiusdem manerii in rotulo xliij. et eidem F. in anno
(1265.) xlix°. Et est plena allocacio facta de decem libris in rotulo l° in
(1266.) 'Item Cancia' in magno debito Fulconis predicti.

(1268, 6,7.) Another copy of the extracts from the Pipe Rolls of 52, 50, and 51 Henry iij., relating to Middelton; given on folios 181 v° and 235 r°. ('Memorandum quod in rotulo lij° . . . in duobus locis.')

(Folio 375, v°.)

De homagiis et releuiis.

Homagium de Aseeton'. (Sept. 1269.)

Memorandum quod anno Domini M° CC° sexagesimo nono mense Septembris quod dominus Simon de Sandwic' miles fecit homagium domino Rogero de Cicestr' Dei gracia abbati [1] sancti Augustini Cantuarie de feodo de Aseton', videlicet, de quarta parte feodi vnius militis, per resignacionem et assingnacionem domini Reginaldi filii Reginaldi de Cornhell' militis, ipso Reginaldo presente et aliis militibus, scilicet, dominis Fulcone Peyforer et Radulfo de Sandwic' et Iohanne de Kershampton' et aliis tunc ibidem presentibus; et quod eodem die ibidem intrauit dictus dominus Simon ad faciendum dicto domino abbati et successoribus suis per predictam resingnacionem et assingnacionem dicti Reginaldi seruicium vnius paris calcarium [2] deauratorum annuatim ad Pascha soluendi de Mergate et Hedindon.

[1] MS.:—abbate. [2] MS.:—calcariorum.

Item, eodem die dictus dominus Simon soluit dicto domino Rogero vnum par calcarium deauratorum de Dene per assingnacionem et resingnacionem domini Stephani Heringaud militis. Et sciendum quod antea dictus dominus Simon homagium fecit predicto domino abbati de predicto feodo de Dene, et eodem die [2] concessit in posterum pro se et heredibus suis ad dictum homagium et seruicium facienda. Solucio j. paris calcarium deauratorum.[1]

Memorandum quod die dominica proxima post festum beate Katerine virginis in anno Domini M° cc° lxx° secundo post mortem domini Henrici regis Anglie venit dominus Willelmus de Leyburn' filius et heres domini Rogeri de Leyburn' et fecit homagium domino Rogero Dei gracia abbati sancti Augustini Cantuarie apud Stur' de manerio de Preston', presentibus fratribus W. de Wilminton' priore sancti Augustini, fratre Hamone camerario, fratre W. thesaurario, fratre Henrico de Cokering', fratre Iohanne de Westg', fratre Hugone de Berking', fratre I. de Brede, domino et magistro R. de Freningham, domino Stephano de Penecestre constabulario Douor', domino [3] Willelmo de Heure et domino Thoma de Sandwyco, domino Willelmo Peifer', domino I. de Kersamton' militibus, domino Edmundo magistro Domus Dei Douor', Willelmo Soldanc, Iohanne de la Bruer', Willelmo de Erde, Hugone Soldanc, Rogero Brian, Iohanne de Sancto Laurencio, Iohanne de Bosilles et Edmundo camerario domini abbatis, qui cepit tabardum vice et nomine camerarii, Roberto de Kingesuode tunc balliuo de Stur' et Forwyco, Roberto Panetario, Waltero Coco et aliis. Et postea venit dictus Willelmus et gagiauit releuium suum de manerio de Preston' et prefixa fuit ei dies solucionis et inuenit plegios dominum I. de Rokesle militem et dominum Thomam de Rokesle rectorem ecclesie de Elmerest'. (31 Nov. 1272).

Another copy of the letter of William de Brewosa to the abbot of St. Augustine, asking that Richard Poteloc be admitted to do his suit to the abbot's courts of Canterbury and Litleburn. Litere attornatorie domini Willelmi de Brewose.[5] (1280.)

Dretton, 30 September, 8 Edward i.[4]

Given on folio 343 v°.

Edwardus, Dei gracia, etc. omnibus ad quos presentes litere peruenerint salutem. Sciatis quod commisimus dilectis et fidelibus nostris Iohanni de Burn' et Nicholao de Ryngelton' abbatiam sancti Augustini Cantuarie cum pertinenciis vacantem et in manu nostra existentem, (Folio 376, r°.) (1283.)

[1] In a later hand. [2] MS. :—ab eodem. [3] MS. :—dominis.
[4] In a later hand :—Require supra folio 370 (i. e. now fol. 343).
[5] In a later hand.

custodiendam quamdiu nobis placuerit ita quod de exitibus nobis respondeant ad scaccarium nostrum. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Kaermeruan xx die Iulii anno regni nostri vndecimo.

(1283.) Edwardus Dei gracia etc. dilectis et fidelibus suis Iohanni de Burn' et Nicholao de Ryngelton' custodibus abbatie sancti Augustini Cantuarie salutem. Mandamus vobis quod dilecto nobis in Cristo T. de Findone abbati abbatie predicte liberetis maneria de Chist' et Stureye ad perhendinandum ibidem ad voluntatem suam donec aliud ordinauerimus. Et exhibeatis eundem cum familia sua, moram secum faciente, in vite necessariis prout decet sufficienter et honeste et prout fuerit faciendum. Exhibeatis insuper conuentum eiusdem loci et suam familiam prout temporibus vacacionis hactenus exhiberi consueuerunt. Et blada eiusdem loci nunc in terris existencia saluo et circumspecte colligi et in locis debitis et tutis poni faciatis absque consumpcione aliqua seu distractione faciendis in bladis seu aliis bonis ipsam abbatiam contingentibus, ad ecclesias seu spiritualia abbatie eiusdem manus non apponentes aliter quam tempore aliarum vacacionum ibidem hactenus fieri consueuit. Teste me ipso apud Kaermeruan anno supradicto.

(1283.) Edwardus Dei gracia etc. Iohanni de Burn' et Nicholao de Ryngelton' nuper custodibus abbatie sancti Augustini Cantuarie salutem. Mandamus vobis quod dilectos nobis in Cristo abbatem et conuentum eiusdem abbatie permittatis habere liberam administracionem de bladis et fenis ad abbatiam illam spectantibus ad sustentacionem suam, saluis nobis aliis exitibus toto tempore vacacionis ad nos pertinentibus et sumptibus quos[1] apposueritis circa collectionem bladorum et fenorum predictorum. Teste me ipso apud Acton' Burnel xiiij. die Octobris anno regni nostri vndecimo.

(Folio 376, v°.) (1285.) Edwardus Dei gracia etc. Sciatis quod concessimus dilecto nobis in Cristo Thome abbati sancti Augustini Cantuarie et eiusdem loci conuentui hundreda nostra de Ryngeslo, Blengate et Dunhamford cum pertinenciis que Nicholaus nuper abbas loci predicti predecessor ipsius Thome in manus nostras reddiderat vt ius nostrum ; habenda et tenenda predictis abbati et conuentui et eorum successoribus de nobis et heredibus nostris ad feodi firmam inperpetuum, reddendo inde de dominicis abbatie predicte nobis et heredibus nostris per manus vicecomitis nostri Kancie qui pro tempore fuerit centum solidos, corpori comitatus eius coniunctos, vnam videlicet medietatem in festo sancti Michaelis

[1] MS. :—ad quos.

et aliam medietatem in festo Pasche. In cuius rei testimonium etc. Teste me ipso apud Westmonasterium xxiiij die Maii anno regni nostre xiij.

Peticio directa domino regi pro terris Reginaldi de Cornhulle.

Reynaud de Cornhulle le piere fina au roy Iohan pur vn trespas, que fet lui auoit, vne grande summe de auoyr pur sa grace recouerer, de la queu fyn vnkore [ ][1] en demande de le eschekier MMCXVJ *li.* Et quant cel fyn fut fete [ ] auoit celi Reynaud grandes terres et larges et en diuers countees. Dount de grant partie en son temps il feffa diuerse gent. Et entre les autres il feffa labbe de seynt Augustyn de vj. marchez de rente en Caunterbir' come en franc aumone et peus se peia grant partie de sa fyn auantdit. Et en temps le roy Henry piere nostre seignur le roy que ore est et de sa grace escala la auantdite dette a c *s.* par an et tynt ces termes tout soun temps. Et peus auegne [ ] de c lyueres de terre et de plus en A [ ] que descendierent en heritage au Reynaud son fiz. Et peus vne pece defaylly le fyn de ces termes gardier par quei le remenant de la dette feut pleynement demande. Et pus vynt Reynaud le fyz et repurchasa les auantdites termes de la grace le roy de meisme la dette et pus porta bref au barouns del escheker que le roy de cele dette se prist aisy et que ses termes [ ] sont enrouler et pus tynt ses termes vn grant temps et pus lessa ses termes [ ] par quei le viscounte par somounce de le escheker recorust en destresse sur totes [les ter]res que furent a Reynaud le piere et oue les autres destreyt le auant dit abbe si ke de lescheker labbe purchaca bref al viscounte de enquere si labbe tynt nulle terre que feut au Reynaud le fiz le iour que le roy se tynt a ly et ses terres de cele dette. Et sur ceo troue fut par enqueste que nulle. Et cel enqueste retourne al escheker de suz les siels de xij purdes hommes de la quele labbe ad demandez iugement de estre asseus de cel dette [ ]tyent de la terre que fuit au Reynaud le piere ne au Reynaud le fitz le iour qil [ ] lauantdite dette estre ceo de si cum le iour que le roy luy fet la grace [ ] labbe par lay auoir enuers [ ]ar adonke acc [ ] est de quei le quele

Kanc'.

Rex mandat breue suum baronibus de scaccario in hec verba:— Henricus Dei gracia etc. baronibus suis de scaccario salutem.

(Folio 377, r°.) (5 Nov. 1257.)

[1] The blank spaces represent words which have faded.

Sciatis quod concessimus Reginaldo de Cornhulle filio et heredi Reginaldi de Cornhulle quod, de debitis que predictus Reginaldus pater suus nobis debuit ad scaccarium nostrum et de quibus nos cepimus ad predictum Reginaldum, quod reddat nobis per annum ad idem scaccarium c. solidos, videlicet, l*s*. ad festum sancti Michaelis et l*s*. ad scaccarium nostrum ad festum Pasche quos quidem terminos Reginaldo patri suo concesseramus, et sic de anno in annum ad eosdem terminos c*s*. donec predicta debita plene nobis persoluantur. Et ideo vobis mandamus quod predictos terminos eidem habere et sic fieri et irrotulari faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, v° die Nouembris, anno regni nostri xl. secundo.

Isti sunt qui tenent de terris et tenementis que fuerunt Reginaldi de Cornhulle.

Willelmus de Breuse tenet manerium de Bickedale quod valet per annum x*li*.

Gollardus de Keyneurt terram de Welles que valet per annum xij*li*.

Magister hospitalis sancte Katerine tenet manerium de Renham quod valet per annum xxx*li*.

Prior Ecclesie Cristi Cantuarie tenet manerium de Oueldane quod valet per annum x*li*.

Prior hospitalis Ierusalem [1] maneria de Stalesfelde et Ores que valent per annum xxv*li*.

Willelmus Peyforere tenet quendam mariscum valentem per annum vj*li*.

Iohannes de Cobeham et Henricus frater eius quendam mariscum valentem per annum xx*li*.

Iohannes de Cornhulle et Henricus frater eius quandam terram in Stalesfelde valentem per annum x*li*.

Prior sancti Gregorie Cantuarie tenet quandam [2] partem.

Magister Domus Dei de Hosprenge tenet quandam [2] partem.

Cecilia de Hanlowe tenet quandam partem. Set ignoratur [3].

Thomas Clericus de Stalesfelde tenet quandam partem.

Heredes Thome de Hegham de Middelton' tenent quandam partem.

(Folio 377, v°.) (4 Feb. 1284.) Edwardus etc. Cancelario suo salutem. Quia ad instanciam karissime consortis nostre Alianore regine Anglie concessimus dilecto nobis in Cristo abbati sancti Augustini Cantuarie quod de illis quadringentis

[1] ? MS. :—irĪm. [2] MS. :—quendam.
[3] A word here has faded ; perhaps *quantum*.

marcis in quibus nobis tenetur ad scaccarium nostrum soluat nobis per annum ducentas marcas, videlicet, vnam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis et aliam medietatem ad scaccarium nostrum Pasche donec de predictis quadringentis marcis nobis plenarie fuerit satisfactum, termino primo incipiente in festo sancti Michaelis proximo futuro, vobis mandamus quod breue sub magno sigillo nostro ei super hoc fieri faciatis, prout in casu consimili fieri consueuit. Datum sub priuato sigillo nostro apud Ledes, quarto die Februarii anno regni nostri duodecimo.

Edwardus Dei gracia etc. vicecomiti Kancie salutem. Sciatis quod (1285.) concessimus abbati sancti Augustini Cantuarie quod reddat nobis quadringentas marcas in quibus nobis tenetur ad scaccarium nostrum ad terminos quos ei dedimus. Et ideo tibi precipimus quod ipsum inde non distringas donec aliud inde tibi precipimus, et districcionem si quam ei feceris occasione predicta ei interim relaxes. Teste, P. de Cestr' apud Westmonasterium, xxv. die Aprilis anno regni nostri xiij.

Per breue de magno sigillo.

Edwardus Dei gracia rex Anglie dominus Hibernie et dux Aqui- (1287.) tannie dilectis clericis suis Hugoni de Kend' et Willelmo de Hamelton' salutem. Cum quidam de comitatu Kancie quasdam terras et tenementa dare velint et assignare dilectis nobis in Cristo abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie et idem abbas nos rogarit quod sibi inde breue nostrum de inquisicione concedamus, nos super hiis certiorari volentes vobis mandamus quod cum ab ipso abbate vel per alium suo nomine requisiti fueritis, sub sigillo quo nunc in Anglia vtimur breue inquisicionis huiusmodi fieri faciatis, ad nos per ipsius abbatis nuncium remittendum, vt quod inde vlterius faciendum fuerit, fieri faciamus. Teste me ipso apud Malum Leonem, ix die Augusti, anno regni nostri xv°.

Rex vicecomiti salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum (Folio 378, r°.) proborum et legalium hominum de comitatu tuo, per quos rei veritas (1287.) melius sciri poterit, diligenter inquiras vtrum sit ad dampnum vel nocumentum nostrum vel ad dampnum seu nocumentum aliorum, si concedamus dilectis nobis in Cristo abbati et conuentui sancti Augustini Cantuarie quod ipsi se accrescere possint de feodo suo proprio vsque ad cc. quateruiginti acras terre, lx. acras bosci, c. solidos redditus cum pertinenciis in Menstre, Chystelet, Stur', Northburne, Lenham, Keninton', Ripple, Selling', Newinton' et Plumsted. Et si sit ad

dampnum vel nocumentum nostrum vel ad dampnum seu nocumentum aliorum, tunc ad quod dampnum et ad quod nocumentum nostrum et ad quod dampnum et ad quod nocumentum aliorum, et quorum, et qualiter, et quo modo, et de quo tenementa[1] illa inmediate tenentur et per quod seruicium et quantum valent per annum in omnibus exitibus. Et inquisicionem inde sic factam sub sigillo tuo et sigillis eorum per quos inquisicio illa facta fuerit nobis sine dilacione mittas et hoc breue. Teste, E. comite Cornubie, xvj° die Octobris, anno regni regis Edwardi xv°.

(Folio 378, v°.) Abbas sancti Augustini Cantuarie queritur de Iohanne de Handloo, Iohanne Scappe, Iacobo Germeyn, Willelmo le Bedel, Willelmo le Ros, Thoma le Frensh, Adam Iakyn, Thoma de Donemershe, Iohanne Godard, Iohanne Colebrand, Simone le Wyte et de aliis hominibus aquagii de Heth' de placito, quare ipsi terram dicti abbatis apud Borewaremersh' foderunt, et terras suas per aquas dictorum hominum ibidem intrantes submerserunt, et quodam fossato vocato Flet' tamquam de communi waterganga sua absque aliqua consideracione vsi fuerunt, et quendam pontem ipsius abbatis fregerunt et asportauerunt etc. Plegii de prosequendo Willelmus de Cokfeld et Robertus de Stur'. Et abbas ponit loco suo fratrem Willelmum de Biholte monachum suum vel Willelmum de Cokfeld versus predictos homines ad lucrandum etc. de placito transgressionis etc.

(23 Jan. 129$\frac{7}{8}$.) Lestus marisci de Romenal tentus apud Borewaremersh' die Iouis proximo post festum beati Vincencii anno regni regis Edwardi vicesimo sexto coram communi balliuo et xxiiij^{or} iuratoribus marisci.

